





BEATI

RAYMUNDI

LULLI

DOCTORIS ILLUMINATI  
ET

MARTYRIS

*Est ad simplicem regem Francie Laurentii  
Pauis*  
LIBER

MAGNUS CONTEMPLATIONIS  
in Deum.

JUXTA MOGUNTINAM EDITIONEM  
in folio Anni MDCCXL.

IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.  
Tomus XIV.

PALMÆ MAJORICARUM  
anno MDCCXLIX.

*Superiorum permissu.*

Typis Viduæ Frau Typogr. Regiæ  
Audientiæ,

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132

13132



# FIGURA I.

Ad Caput CCCXXVIII. pag. 3.

## SCALA INTELLECTUS.

<i>Nonus.</i>	I	Suprema Bonitas.
<i>Octavus.</i>	H	Bonum, quod Humanitas JESU Christi recipit á Deitate.
<i>Septimus.</i>	G	Bonum, quod est in Humanitate JESU Christi.
<i>Sextus.</i>	F	Bonum, quod nos recipimus à Deitate JESU Christi.
<i>Quintus.</i>	E	Bonum, quod nos recipimus ab Humanitate JESU Christi.
<i>Quartus.</i>	D	Bonum & Malum.
<i>Tertius.</i>	C	Bonum compositum ex Sensuali & Intellectuali.
<i>Secundus.</i>	B	Bonum Intellectuale.
<i>Primus.</i>	A	Bonum Sensuale.

Gradus

U.S.A.

1950

1951

1952

1953

1954

1955

# FIGURA II.

Ad Caput CCCXXIX. pag. 34.

A | Iustitia Divina.

B | Bonum, quod facit Petrus.

C | Malum, quod facit Guilielmus.

D | Proœmium boni, quod fecit Petrus.

E | Poena mali, quod fecit Guilielmus.

F | Vera significatio.

G | Falsa significatio.





[Faint, illegible text within a rectangular frame]

# FIGURA III.

Ad Caput CCCXXX. pag. 59. & pag. 60.

A | Divina Misericordia.

B | Gloriosa Incarnatio.

C | Privatio Incarnationis.

D | Significatio ipsius B.

E | Significatio ipsius C.

F | Petrus.

G | Guilielmus.

H | Auditus.

I | Visus.

K | Odoratus.

L | Gustus.

M | Tactus.

# FIGURA IV.

Ad Caput CCCXXI. pag. 86. 88. 91. & 93.

## A. VERITAS.

*Prima Figura Veritatis.*

*Tertia Figura Veritatis.*

A | Memoria memorans A.

C | Intellectus Intelligens A.

D | Voluntas amans A.

E | Significatio composita  
ex B. C. D.

K | Memoria obliviscens A.

L | Intellectus ignorans A.

M | Voluntas amans A.

N | Significatio composita  
ex K. L. M.

*Secunda Figura Veritatis.*

*Quarta Figura Veritatis.*

F | Memoria memorans A.

G | Intellectus intelligens A.

H | Voluntas non amans A.

I | Significatio composita  
ex F. G. H.

O | Compositum ex B. & K.

P | Compositum ex C. & L.

Q | Compositum ex D & H.

R | Significatio composita  
ex O. P. Q.

# FIGURA V.

Ad Caput CCCXXXII. pag. 112. & pag. 129

A | Divinum Dominium.

B | Significatio ipsius A.

C | Prædestinatio.

D | Significatio ipsius C.

E | Oratio & Contemplatio.

F | Divina Potestas.

G | Divina Sapientia.

H | Divina Voluntas.

I | Divina Iustitia.

K | Divina Misericordia. .

L | Divina Perfectio. . .

M | Memoria, Intellectus, Voluntas.

N | Superficies, in qua habitamus.

O | Superficies nobis opposita.

P | Possibilitas.

Q | Impossibilitas.

R | Locus superior.

S | Locus inferior.

T | Motus.

X | Ponderositas.



# FIGURA VI.

Ad Caput CCCXXXIII. pag. 137.

A | Divina Humilitas.

B | Afirmatio Humanitatis Christi.

C | Negatio Humanitatis Christi.

D | Significatio ipsius B.

E | Significatio ipsius C.

F | Memoria.

G | Intellectus.

H | Voluntas.





# FIGURA VII.

Ad Caput CCCXXXIV. pag. 158.

A | Divina Patientia.

B | Significatio ipsius A.

C | Affirmatio Div. Incarnationis.

D | Significatio ipsius C.

E | Negatio Div. Incarnationis.

F | Significatio ipsius E.

G | Memoria, Intellectus Voluntas.

H | Oratio & Contemplatio.

# FIGURA VIII.

Ad Caput CCCXXXV. pag. 180. & pag. 195.

A | Divinum Secretum.

B | Divina Trinitas.

C | Humanitas Christi.

D | Prædestinatio.

E | Sapientia.

F | Potestas.

G | Voluntas,

H | Intellectus.

I | Vera significatio.

K | Falsa significatio.

L | Secretum sensuale.

M | Secretum intellectuale.

N | Facies Petri versa ad orientem.

O | Facies Petri versa ad occidentem.

P | DEUS.

Q | Justitia.

R | Libera Voluntas.

S | Homo præscitus-

T | Infernus.

V | Paradisus.

X | Peccatum.

Y | Bonum.

# FIGURA IX.

Ad Caput CCCXXXVI. pag. 206.

A | Divina Virtus.

B | Demonstratio ipsius A.

C | Trinitas..

D | Significatio ipsius C.

E | Incarnatio.

F | Demonstratio ipsius E.

G | Negatio ipsius C.

H | Significatio ipsius G.

I | Negatio ipsius E.

K | Demonstratio ipsius I.

L | Memoria.

M | Intellectus.

N | Voluntas.

O | Terminus minor.

P | Terminus major, qui est in Q.

Q | Oratio.

R | Perfectio.

900111

Handwritten notes or markings, possibly including a signature or date, located in the lower-left quadrant of the page.

# FIGURA X.

Ad Caput CCCXXXVII. pag. 230.

A | Deitas.

B | Virtus Deitatis.

C | Humanitas.

D | Virtus Humanitatis.

E | JESUS Christus.

F | Petrus.

G | Anima.

H | Natura Animæ.

I | Corpus.

K | Natura Corporis.

L | Intellectus.

M | Verbum.

N | Oratio & Contemplatio.

W A U F A

W A U F A

W A U F A

W A U F A

W A U F A

W A U F A

W A U F A

# FIGURA XI.

Ad Caput CCCXXXVIII. pag. 250.

A | Adjutorium.

B | Bonum.

C | Malum.

D | Affirmatio Incarnationis.

E | Negatio Incarnationis.

F | Significatio ipsius D.

G | Significatio ipsius E.

H | Memoria Intellectus & Voluntas.

I | Oratio & Contemplatio.

X

LA BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD NACIONAL

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA

DE LA PLATA



# FIGURA XII.

Ad Caput CCCXXXIX. pag. 272.

A | DEUS.

B | Divinæ Virtutes.

C | Negatio Incarnationis.

D | Significatio ipsius C.

E | Afirmatio Incarnationis.

F | Significatio ipsius E.

G | Intellectus.

H | Homo Christianus.

I | Infidelis.

REPUBLICA ARGENTINA

SECRETARÍA DE CULTURA

INFORME DE ACTIVIDADES

El presente informe tiene por objeto detallar las actividades realizadas durante el período comprendido entre el día 1 de enero y el día 31 de diciembre de 2006.

Las actividades se desarrollaron en el marco de los planes de trabajo aprobados por el Consejo de Administración y se centraron en la promoción de la cultura y el patrimonio histórico y artístico del país.

Entre las acciones más relevantes se encuentran:

- Organización de exposiciones de arte y fotografía.
- Realización de cursos de capacitación para docentes y artistas.
- Implementación de programas de difusión cultural en escuelas y centros comunitarios.
- Participación en eventos internacionales de cultura.

Los resultados obtenidos demuestran un aumento en la participación ciudadana y en el conocimiento del patrimonio cultural argentino.

RAYMUNDI  
LULLI  
DOCTORIS ILLUMINATI  
ET  
MARTYRIS  
MAGNUS LIBER  
CONTEMPLATIONIS  
IN DEUM.

VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XL.

DE ORATIONE.

CAPUT CCCXXVIII.

*Quomodo homo oret & contempletur su-  
premam Bonitatem nostri Domini DEI  
qui est supremum Bonum.*

i.  
a.



*EUS virtuose amorose,  
gratias & benedictio-  
nibus abundans! Qui  
vult orare & con-  
templari tuam glo-  
riosam Bonitatem,  
opor.*

4 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
oportet, quòd eam sciat orare &  
contemplari in tua gloriosa Unitate  
& Trinitate & in tuis gloriosis Virtuti-  
bus, quæ sunt ipsa suprema Bonitas, &  
oportet quòd sciat ipsam tali modo  
memorare intelligere & velle, quòd  
eam sciat orare contemplari laudare  
& benedicere cum oratione sensua-  
li & intellectuali & compositâ ex am-  
babus.

2. Unde cum tuus servus, *Do-  
mine DEUS*, velit orare & con-  
templari tuam supremam Bonitatem,  
& cum suus intellectus in hac præ-  
senti vita sit valde depressus, tua ve-  
ro suprema Bonitas sit in suis Alti-  
tudinibus & Excellentiss; ideò tuus  
Contemplator proponit facere scalam  
novem graduum, per quam elevet  
suum intellectum ad orandum & con-  
templandum ipsam; & unicuique no-  
vem graduum affigit appropriatam  
literam, ut per talem figuram & sig-  
num Literæ possit habere cognitio-  
nem de quolibet gradu; & propterea  
*Domi-*

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII. 5*

*Domine*, tuus servus ponit quod sit:

*Primus Gradus.* A. Bonum sensuale.

*Secundus Gradus.* B. Bonum Intellectuale.

*Tertius Gradus.* C. Bonum compositum ex sensuali & intellectuali.

*Quartus Gradus.* D. Bonum & malum.

*Quintus Gradus.* E. Bonum quod recipimus à tua gloriosa humana Natura.

*Sextus Gradus.* F. Bonum quod recipimus à tua gloriosa Deitate.

*Septimus Gradus.* G. Gloriosum bonum quod est in tua gloriosa Humanitate.

*Octavus Gradus.* H. Gloriosum bonum quod tua Humanitas recipit à tua Excellenti Deitate.

*Nonus Gradus.* I. Suprema Bonitas quæ est in tua gloriosa Deitate; quæ suprema Bonitas, *Domine*, est supremum Bonum, à quo veniunt omnia bona quæ sunt in creaturis.

3. Unde benedicta & glorificata sit,

6 B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.  
sit, *Domine DEUS*, tua suprema Bonitas, quam vult orare & contemplari tuus servus elevando suam virtutem intellectualem ab infimo gradu usque ad supremum, & sicut homo per res sensuales intelligit res intellectuales, ita tuus servus figuravit scalam novem graduum sensualium, ut per eam possit figurare in sua anima scalam intellectualem, in qua anima elevet suas virtutes ad orandum & contemplandum supremam Bonitatem sui Creatoris: & licet hac intentione fecerimus figuras sensuales, & cuilibet gradui apposuerimus suum nomen & literam sensualiter, tamen non intendimus dicere nec intelligere, quòd tua sancta Bonitas sit figura, quamvis ad illam cognoscendam sensualiter faciamus figuras, ut eam intellectualiter cognoscamus; propterea, *Domine*, fatemur & confitemur quòd, quidquid est in tua Deitate, sit res intellectualis infinita & æterna; & hoc dicimus ideò, ne  
quis

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII. 7*  
quis habeat falsam opinionem in re  
intellectuali per hoc quòd nos sen-  
sualiter ponamus figuras ad haben-  
dum cognitionem intellectualiter.

4. b. *Simplex Domine intellectualis  
infinite! qui es amator omnium tuo-  
rum contemplatorum.* Sensualiter sen-  
timus & intellectualiter intelligimus  
quod A. sit firmamentum & quatu-  
or Elementa & vegetabilia & anima-  
lia irrationalia & metalla, quæ om-  
nia sunt homini bona sensuales; nam  
sine ipsis non posset vivere: igitur,  
*Domine*, qui vult orare & contem-  
plari per ista tuam supremam Boni-  
tatem, sciat memorare & intellige-  
re & amare magna & multa bona,  
quæ sunt in A. & postea per illa sci-  
at honorare amare & cognoscere su-  
premam Bonitatem quæ est in tua  
divina Essentia gloriosa.

5. *Sanctificate Domine!* Quando  
homo oraverit & contemplatus fue-  
rit tuam gloriosam Bonitatem per  
bona sensuales, oportet quòd ad o-  
ran-

8 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
randum & contemplandum tuam su-  
premam Bonitatem se mutet & ver-  
tat per B. , & propterea oportet ,  
quòd sciat memorare intelligere &  
velle Angelos & animas & memori-  
as & intellectus & voluntates quas  
Angeli & animæ in tractando & fa-  
ciendo bonum habent ad honoran-  
dum & laudandum gloriosum supre-  
mum Bonum , quod est in Te ; &  
postquam homo posuerit in sua me-  
moria magnum virtuosum bonum ,  
quod est in Angelis & animabus ra-  
tionalibus & in potentiis eorum , o-  
portet quod vertat & mutet suam  
memoriam ad memorandum & suum  
intellectum ad intelligendum & suam  
voluntatem ad amandum magnum  
mirabile & supremum Bonum quod  
beneficiavit & creavit omne bonum,  
quod est in B.

6. *Excellentis Domine!* Quando ho-  
mo oraverit & contemplatus fuerit  
tuum supremum Bonum per B. , o-  
portet quòd se mutet ad orandum  
&



& contemplandum, tuam gloriosam Bonitatem per C., quod est compositum ex A. & B.; quia quando homo vult memorare & intelligere magnum Bonum, quod est in se ipso, per videre, audire, odorare, gustare & palpare, & per cogitare percipere, & per habere conscientiam subtilitatem & animositatem, tunc percipit & intelligit omne bonum, quod est in Villis, Civitatibus & Castellis & in auro & lapidibus pretiosis non valere tantum, quantum unus solus ex sensibus sensualibus vel intellectualibus, qui orat & contemplatur supremum Bonum quod est in Te; & quando homo perceperit & cognoverit magnum bonum quod est in C., tunc oportet quod per C. sciat orare & contemplari bonum, quod est in tua gloriosa Essentia.

7. c. *Rex Regum & Domine Dominorum!* Qui vult orare & contemplari tuam supremam Bonitatem, sciat memorare intelligere & velle  
D., .

IO B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.  
D., nam calor & frigus, fames &  
sitis, paupertas, infirmitas & mors  
omnia sunt bona, quæ nostro intel-  
lectui significant magnam Bonitatem  
quæ est in Te per Justitiam Miseri-  
cordiam Potestatem Sapientiam Vo-  
luntatem & Perfectionem; quoniam in  
quantum percipimus mala & defectus  
qui sunt in hoc mundo, in tantum  
possumus percipere magna Bona quæ  
sunt in Te. Nam sicut tua Incarna-  
tio, *Domine*, & passio & paupertas  
& mors sunt oculi, quibus nostra  
anima videt Perfectionem quæ est in  
tuis Virtutibus; ita per mala, labo-  
res & defectus, quos habemus in  
hoc mundo, cognoscimus bona quæ  
perfectè sunt in tua Bonitate, quæ  
non possemus cognoscere nec scire  
nisi mala & defectus essent in nobis:  
unde cum per ista mala possimus ha-  
bere cognitionem de tua Bonitate,  
ideò mala, quæ sustinemus, sunt  
nobis magnum bonum: igitur cum  
hoc ita sit, per D. potest homo o-  
rare

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII.* Irare & contemplari tuum supremum Bonum,

8. Qui vult orare & contemplari, *Domine DEUS*, tuum supremum gloriosum Bonum, sciat memorare cognoscere & amare E.; quia per E. percipimus & cognoscimus tuas perfectas divinas Virtutes, quæ in hoc mundo nostræ cognitioni se demonstrant perfectas, per demonstrationem quam tua Humanitas nobis dat in sua Incarnatione passione paupertate humilitate & morte; & in alio sæculo recipimus valde magnum bonum à tua Humanitate per hoc quòd glorificemur ab eâ, & in præsentis sæculo per hoc quòd dirigamur ab eâ, & per honorationem quam habemus per hoc quod in præsentis sæculo humana species sit in Carne unita cum sancta Persona tui gloriosi Filii, à qua tota humana species est honorata & exaltata: unde quando homo, *Domine*, perceperit magnum bonum ipsius E. tunc debet se mutare ab E. ad

12 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.  
ad contemplandum & orandum su-  
preмум Bonum significatum per E.

9. *Intellectualis Domine!* Quando  
homo cum E. oraverit & contempla-  
tus fuerit tuum supremum Bonum,  
tunc oportet quòd ascendat ab E.  
ad F., ut cum F. oret & contem-  
pletur tuam supremam Bonitatem;  
quia quando homo memorat intel-  
ligit & amat quomodo creaturæ re-  
ceperint & quotidie recipiant mag-  
na & multa bona à suo Creatore,  
& quomodo suus Creator & suus Do-  
minus sit largus & liberalis Dator &  
Indultor, Director & Sustentator,  
Amator & Benevolus omnium suorum  
amatorum, tunc per F. ascendit ani-  
ma ad memorandum intelligendum  
& amandum gloriosam Bonitatem  
quæ est in tua Essentia divina; &  
per hanc intelligentiam & volunta-  
tem orat & contemplatur, laudat &  
glorificat sanctum gloriosum Bonum,  
quod est suus Creator & suus In-  
dultor & suus Dominus & suus Lar-  
gitor & suus DEUS. 10. d.

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII. 13*  
10. d. *Mirabilis Domine potens super omnes potestates!* Quando homo elevaverit suam animam ad contemplandum & orandum tuam Bonitatem ab E. ad F., oportet quòd sciat eam elevare ab F. ad G.; quia tam magna est honoratio & gratia & gloria, quæ est in tua Humanitate, quòd unus solus sensus sensualis vel intellectualis vel una sola Virtus tuæ Humanitatis in omnibus rebus plus valeat quàm omnes aliæ creaturæ: unde cùm hoc ita sit, quando anima scit memorare intelligere & amare G., tunc potest orare & contemplari tuam magnam Bonitatem, quæ tantam bonitatem posuit & dedit uni creaturæ, quòd valeat & possit, sciat & velit multò plus sine omni comparatione, quàm omnes aliæ creaturæ: Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut in homine creasti oculos corporales ut videat res sensuales, ita creasti Humanitatem, quam tuus Filius assumpsit,

14 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
fit, ut nobis esset oculus intellec-  
tualis in quo & cum quo perciperemus & cognosceremus magnam Bonitatem quæ est in Creatore.

11. Unde gloria & Laus & reverentia & honor fiat, *Domine DEUS*, tuæ supremæ Bonitati, quæ adeò fortiter & adeò pulchrè se demonstrat magnam & mirabilem humano intellectui quando intelligit unam solam memoracionem vel intellectionem vel volitionem, quam tua Humanitas habet in aliqua re, plus valere quàm omnes Angeli & omnes animæ in omni eo quod memorant & intelligunt & volunt; quia sicut forma navis significat majorem sapientiam in artifice qui construxit eam quàm forma scamni; ita tua gloriosa Humanitas est adeò nobiliter & gloriôsè creata honorata & glorificata, quòd dēt majorem demonstrationem de Bonitate sui Creatoris quàm omnes aliæ creaturæ.

12. *Amorose Domine!* Quando homo

mo

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII.* 15  
mo elevaverit suam memoriam &  
suum intellectum & suam Volunta-  
tem ab F. ad G. , tunc oportet quòd  
ascendat ad orandum & contemplan-  
dum cum H. , in quo demonstratur  
magnum mirabile & gloriosum Bo-  
num , quod tua humana natura re-  
cipit à tua Divina Essentia , & quòd  
est adeò excellens & adeò magnum  
& mirabile , quòd omnes Angeli &  
omnes animæ non possent memo-  
rare nec intelligere totam magnitu-  
dinem illius Boni , quod tua Huma-  
na natura recipit à divina Bonitate;  
nam quemadmodum , *Domine* , aër  
est creatus in tali natura & proprieta-  
te , quòd recipiat plus caloris ab ig-  
ne quàm aqua , ita & adhuc mul-  
tò melius sine omni comparatione  
creasti tuam Humanitatem in tali dis-  
positione & in tali ordinatione , quòd  
multò majus Bonum recipiat à tua De-  
itate , quàm omnes aliæ creaturæ; quo-  
niam plus potestatis & sapientiæ , vo-  
luntatis & justitiæ , misericordiæ &  
humi.

16 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
humilitatis, patientiæ & veritatis,  
virtutis & sanctitatis, pulchritudinis  
& aliarum qualitatū & Virtutum  
creatarum tua Humanitas recipit à tua  
Deitate quàm omnes aliæ creature; &  
in quantum plus boni ipsa recipit à  
tua Deitate, in tantum plus valet,  
& in quantum plus valet, in tantum  
meliorem demonstrat suum Creato-  
rem; & in quantum nos cognoscimus  
Te meliorem per H. in tantum plus  
sumus occasionati & obligati ad o-  
randum & contemplandum tuam su-  
premam Bonitatem.

13. e. *Rex Regum & Domine Domi-  
norum! qui es gloria & benedictio meo-  
rum amorum. Nonus & supremus gra-  
dus quem figuravimus per I., est tua  
suprema Bonitas: unde dicimus quòd  
quando homo elevaverit suam memo-  
riam intellectum & voluntatem ab H.  
tunc conetur, quantum possit, me-  
morando intelligendo & amando as-  
cendere ad orandum contemplandum  
laudandum & benedicendum tuam  
glo-*



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII. 17*  
gloriosam Bonitatem quæ est mater &  
fons & mare omnium bonitatum quæ  
sunt ab A. usque ad H.

14. *Gloriose Domine!* sicut homo  
per tuam Sapientiam plus cognoscit  
vim prædestinationis quàm possit per  
tuam Justitiam, & sicut per tuam Vo-  
luntatem, quæ non vult injuriam,  
homo cognoscit inefficaciam prædes-  
tinationis eò quòd tua Sapientia &  
Voluntas sint perfectæ in omni illo,  
quod demonstrant de prædestinatio-  
ne; ita, *Domine*, tua Bonitas est æ-  
qualiter in omnibus bonis, quæ sunt  
ab A. usque ad H.; sed sicut tua Sa-  
pientia humano intellectui plus sig-  
nificat prædestinationem quàm tua  
Justitia, & tua Justitia & Voluntas,  
quæ non amant injuriam, significant  
minorem potestatem prædestinationis  
quàm tua Sapientia, ita quidam ex  
gradibus Scalæ significant humano  
intellectui tuam excellentem Boni-  
tatem plus quàm alii; quia in quan-  
tum quidam gradus sunt nobiliores  
B &

18 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpt. Vol. III*  
& virtuosiores ad recipiendum cog-  
nitionem & gratiam & benedictio-  
nem à tua Bonitate, in tantum plus  
eam significant & demonstrant.

15. f. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, nam quando anima eleva-  
vit suam memoriam intellectum &  
voluntatem ad H., & voluit ascen-  
dere ad I. ad memorandum & intel-  
ligendum & amandum totam tuam  
divinam Bonitatem, ut eam oraret  
& contemplaretur, tunc memoria se  
memoravit & intellectus se intellexit  
in se ipsis, & per hoc memoria me-  
moravit & intellectus intellexit se non  
posse ascendere ad supremum gradum,  
& propterea voluntas voluit ascen-  
dere & voluit quòd memoria memo-  
raret & intellectus intelligeret, ut ip-  
sa ascenderet ad amandum Te in I.,  
& quia memoria non potuit memo-  
rare nec intellectus intelligere totum  
hoc, quod voluntas voluit memori-  
am memorare & intellectum intelli-  
gere de tua gloriosa Bonitate, ideo  
volun-

voluntas non potuit tantum ascendere, quantum ascenderet, si memoria memoraret plus quam possit memorare, & intellectus intelligeret plus quam possit intelligere.

16. *Virtuose Domine in omnibus Virtutibus & potens in omnibus gratiis!* postquam tres Virtutes animæ ascenderint ad octavum gradum & voluerint ascendere ad Nonum, tunc concordarunt inter se, quomodo possent ascendere & intrare in eum; tunc memoria memoravit quod suus ascensus esset memorando tuam Bonitatem, & intellectus intellexit quod suus ascensus esset intelligendo ipsam, & voluntas voluit ascendere ad amandum eam; & quia memoria memoravit tuam Bonitatem esse majorem quam ipsa possit memorare, & intellectus intellexit se non posse tantum de tua Bonitate intelligere quantum est Bona, propterea Voluntas quæ amat non potuit plus ascendere; eo quod anima non potest memorare nec intelli-

20 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
intelligere id, quòd Voluntas plus  
volebat amare in suo memorare &  
intelligere.

17. Unde dum anima, *Domine*,  
volebat plus elevare suas Virtutes ad  
orandum & contemplandum tuam Bo-  
nitatem, memoravit & intellexit quòd  
non posset elevare Voluntatem, eo  
quòd memoria non posset plus memo-  
rare nec intellectus plus intelligere ip-  
sam: unde quando Voluntas, quæ vo-  
lebat plus amare, quàm amabat, in-  
venit se non posse plus amare, eo  
quòd memoria non posset memora-  
re nec intellectus plus intelligere, prop-  
terea Voluntas pugnavit cum memo-  
ria & intellectu inculpando eos, eo  
quòd non ascenderent ad contemplan-  
dum tuam Bonitatem secundum quòd  
ipsa erat fervens in ascendendo ad  
amandum eam; memoria verò & in-  
tellectus responderant Voluntati di-  
cendo: quòd non haberent tantam  
potestatem in suo officio, quantam  
ipsa haberet in volendo.

18. Quan-

18. Quando Voluntas audivit, *Domine*, memoriam & intellectum se excusantes ab altiori ascensu, eo quòd non haberent plus potestatis, Voluntas quæsiuit ex eis: unde venit quod ego velim & amem & desiderem ascendere ad amandum & vos dicitis, quòd non possitis ascendere; tunc memoria incepit memorare & intellectus intelligere, & intellectus invenit in memoria, quòd, quia corpus per peccatum fuit corruptum & inordinatum, & non possit esse ordinatum instrumentum ipsi animæ, cum quo multum possit memorare intelligere & velle, propterea in hoc mundo non possent plus ascendere ad contemplandum & orandum tuam divinam Bonitatem: Unde intellectus dixit Voluntati: quod memoria non possit plus memorare nec intellectus plus intelligere. Ipsa autem Voluntas amaret id, quod memoria potest memorare & intellectus intelligere de divina Bonitate post Resurrectionem, quan-

22 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
quando Corpus erit glorificatum &  
adeò ordinatum instrumentum ipsi  
animæ, vt quantum Voluntas pote-  
rit & volet ascendere ad contemplan-  
dum & orandum divinam Bonitatem,  
tantum poterit memoria memorare &  
intellectus intelligere.

19. g. *Potens Domine! qui es super  
omnes potestates, & es vis omnium  
Virium.* Dum tres Virtutes isto mo-  
do intellectualiter loquerentur, me-  
moria memoravit & intellectus intel-  
lexit quòd Voluntas in hoc mundo  
possit plus ascendere per amare quàm  
memoria per memorare & intellec-  
tus per intelligere, cùm Voluntas pos-  
sit amare tuam Bonitatem amando  
quidquid illa sit, licet anima non me-  
moret nec intellectus intelligat id,  
quod amat; & propterea dixerunt  
Voluntati, quòd<sup>d</sup> ascenderet ad aman-  
dum suprâ id, quod anima non po-  
terat memorare nec intelligere; & tunc  
Voluntas quæsiuit à duabus virtutibus;  
unde proveniret quod ipsa posset plus  
amare

amare quàm anima memorare & intelligere? & duæ Virtutes responderunt, quòd quamvis sint æquales Voluntati in natura & Virtute in quantum ad substantiam, quæ ex omnibus tribus est accidentaliter unita, tamen ratione cordis, quod est magis paratum & dispositum instrumentum ut sit subiectum voluntati ad amandum, quàm caput ad memorandum & intelligendum, Voluntas possit plus velle quàm memoria memorare & intellectus intelligere; & hoc ordinasti, *Domine*, quia libera Voluntas est in hoc mundo virtuosior quàm memoria & intellectus, in quantum libertas magis concordat & est propinquior Voluntati, quàm memoriæ & intellectui.

20. Postquam Voluntas, *Domine*, audivit, quòd memoria & intellectus ei dixerunt, tunc reputabat se obligatam ad amandum super memoriæ & intellectum, & ascendit ad supremum gradum amando ipsum plus quàm memoria poterat memorare

rare

24 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
rare & intellectus intelligere; & pul-  
savit ad ostium cum pulsu amoris qui  
fuit auditus à tua Justitia & à tua  
Misericordia, quæ sunt duæ portæ per  
quas amor intrat ad orandum & con-  
templandum tuam supremam Boni-  
tatem, & interrogaverunt amorem  
quid vellet & unde veniret? qui res-  
pondit se venisse ad amandum & o-  
randum & contemplandum supremam  
Bonitatem. Unde propter hoc Justitia  
quæsit & dixit Misericordiæ: quòd,  
quia Voluntas conaretur ex tota sua  
potestate amare, ideò esset rationabi-  
le, quòd intret ad orandum & con-  
templandum id, quod amat, & Mi-  
sericordia dixit: quòd rationabile es-  
set, eo quòd Voluntas confidenter  
speret in ea super vires memoriæ &  
intellectûs.

21. *Gloriose Domine!* sicut homo  
loquitur per similitudines sensualiter,  
quando dicit quod bestia & aves lo-  
quantur, ut per similitudines sensua-  
les possit intelligere res intellectuales;  
ita



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXVIII. 25*  
ita nos loquimur in hoc loco & in multis aliis per similitudines sensualiter dictas & intellectualiter intellectas, ut intelligamus naturam & proprietatem trium Virtutum animæ, secundum quam habent naturam & proprietatem intelligendi tuam intellectualem Bonitatem; propterea licet intellectus ad plura sufficiat quam verbum, tamen quia in hoc & in aliis locis hujus Operis loquimur sensualiter in similitudinibus, oportet, quod ipse intellectus non recipiat ullam falsam figuram, nec ullum errorem per defectum sensualem verbi, quod non potest tantum sensualiter dicere veritatem, quantum ipsam intellectus potest intelligere: igitur quod dicimus, non intendimus dicere sensualiter ad literam sed intellectualiter ad intellectum.

22. h. *O Domine qui cum amoribus dirigis tuos servos.* Quando tua Justitia & Misericordia aperuerunt portam tuæ supremæ Bonitatis, tunc quæsi-  
runt

26 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
runt à Voluntate : quod vellet & unde veniret ? & ipsa respondit : Veni ab infimo gradu usque ad octavum cum memoria & intellectu, & oravimus & contemplati sumus tuam Bonitatem per bona, quæ sunt ab A. usque ad H. ; & quando fuimus in H. ego volebam altiùs ascendere ad I., memoria verò & intellectus non poterant me sequi, & ideò veni ego sola ad orandum & contemplandum supremam Bonitatem quæ est in vobis, quæ estis meus Gloriosus Justus & Misericors DEUS.

23. Dum Voluntas loquebatur, *Domine*, hæc verba ad tuam Justitiam & Misericordiam, dixit ei tua gloriosa Justitia : eris nobiscum & recipies à nostra Bonitate gratiam & benedictionem, dummodo memoria memoret & intellectus intelligat nos, ut tu sis, digna esse nobiscum & recipere gratiam benedictionem & amorem à nobis. Sed si anima non amaret nec memoraret nec intelligeret

geret nostram supremam Bonitatem secundum quod est obligata ex sua potestate eam amare memorare & intelligere, tu non posses esse cum nostro glorioso Bono.

24. Unde postquam Voluntas, *Domine*, intellexit tuam Justitiam & tuam Misericordiam, tunc memoria memoravit & intellectus intellexit, quod in quantum anima memoraret & intelligeret id, quod amat de tua Bonitate, in tantum Voluntas reciperet gratiam & benedictionem ab eâ super memoriam & intellectum, quam gratiam & benedictionem intellectus intelliget & memoria memorabit in Gloria tantum, quantum Voluntas eam poterit amare & velle. Propterea memoria conata est, quantum potuit, multum memorare & intellectus multum intelligere tuam supremam Bonitatem, ut Voluntas posset multam gratiam ab ea consequi & congregare.

25. *i. Domine! qui timeris ab omnibus*

28 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
*nibus populis & honoraris ab omnibus*  
*hominibus.* Postquam Voluntas orat  
& contemplabatur tuam supremam Bo-  
nitatem, memoria se vertit ad memo-  
randum & intellectus ad intelligen-  
dum bona quæ sunt in I., & placi-  
ta & vanas delectationes hujus mun-  
di, & memoria obliviscitur & in-  
tellectus ignorat tuam supremam Bo-  
nitatem; & propterea Voluntas des-  
cendit à supremo gradu ad infimum  
in quo invenit memoriam & intellec-  
tum, & amavit id quod memoria me-  
morabat & intellectus intelligebat.

26. Dum tres Virtutes animæ ce-  
ciderant in peccatum & in vanas de-  
lectationes hujus mundi, tunc me-  
moria, *Domine*, incepit memorare  
vilitatem & miseriam delectationum  
temporalium & intellectus incepit eas  
intelligere & Voluntas odire & con-  
temnere & propterea memoria ince-  
pit memorare & Voluntas amare &  
desiderare & intellectus intelligere  
gloriosum Bonum in quo erant, quan-  
do

do erant in octavo gradu de quo ceciderant ad infimum gradum; propter hoc Voluntas conquæta est de memoria, quæ oblita fuit ipsius I. propter A.; & de intellectu, qui ignoravit I. propter A.; & memoria & intellectus conquæsi sunt de Voluntate, quæ amabat placita quæ sunt in A. licet memoria ea memoraret & intellectus intelligeret; quia si Voluntas ea non amasset, memoria & intellectus non caderent ab H. ad A.

27. Postquam memoria & intellectus, *Domine*, reprehendebant Voluntatem, quomodo posset amare delectationes & placita mundana, quæ anima memorabat & intelligebat; tunc Voluntas respondit & dixit eis quòd si anima memoraret & intelligeret vilitatem delectationum temporalium & eas amaret, tunc haberet culpam; sed quia anima oblita est & ignoravit vilitatem & vanitatem delectationum & memoravit & intel-

30 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.  
intellexit placita temporalia, propte-  
rea oportuit de necessitate, quod ip-  
sa amaret quæ non amasset, si ani-  
ma memorasset & intellexisset vili-  
tates & defectus illorum; & dum Vo-  
luntas isto modo se excusabat, con-  
quæsta est de memoria quæ non me-  
morabat vilitatem in A. quam in-  
tellectus poterat in ea intelligere, &  
conquæsta est de intellectu, qui non  
intelligebat vilitatem in A., quam  
memoria poterat in ea memorare;  
& dum Voluntas ita conquærebatur  
& accusabat memoriam & intel'ec-  
tum, memoria & intellectus accusa-  
verunt Voluntatem quæ volebat,  
quòd memoria memoraret & intel-  
lectus intelligeret istam mundanam &  
transitoriam vilitatem.

28. k. *Liberalis Domine, perfecte in  
omnibus bonis, complete in omnibus  
perfectionibus!* Dūm tres Virtutes a-  
nimæ se excusabant ad invicem, &  
una inculpabat & accusabat aliam,  
venit conscientia de potentia in ac-  
tum

tum, & intravit in quamlibet earum; quia per conscientiam quælibet cognovit suum defectum; & tunc memoria petivit indulgentiam suæ oblivionis, & intellectus suæ ignorantia & Voluntas petiit veniam & pœnituit quod amaverit vanitates hujus mundi & isto modo conscientia pacificavit & composuit omnes tres Virtutes.

29. *Gloriose Domine!* Postquam conscientia concordavit & ordinavit & pacificavit tres Virtutes, tunc eas posuit ante tuam sanctam Justitiam & Misericordiam, ubi memoria incepit memorare & intellectus intelligere spem & misericordiam, & Voluntas incepit habere pœnitudinem suorum peccatorum, & se ipsas judicavit ad memorandum tuam gloriosam Bonitatem, & vilitatem vitæ mundanæ, & intellectus se judicavit ad intelligendum id, quod memoria memoraret, & Voluntas se

TUTAD

judi

32 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
judicavit ad amandum tuam glorio-  
sam Bonitatem, & ad contemnendum  
vanitatem hujus mundi; propterea  
hoc omnes tres Virtutes judicarunt  
corpus ad plorandum sua peccata,  
& ad jejunandum, & ad orandum &  
contemplandum & ad sustinendum  
famem & sitim, opprobria pauper-  
tatem & mortem ad honorandum &  
laudandum tuam gloriosam Bonita-  
tem.

30. Unde quando tres Virtutes, *Do-  
mine*, ordinaverunt & direxerunt om-  
nes istas res eâ intentione, ut possent  
redire ad superiores gradus, de quibus  
per peccata ceciderant ad infi-  
mum; tunc speraverunt gratiam &  
benedictionem, misericordiam indul-  
gentiam & adjutorium à tua sancta  
*Justitia & Misericordia*, ut orarent  
& contemplarentur, invocarent  
& laudarent tuam *Ex-  
cellentem Bonitatem  
Divinam.*

CAPUT.



CAPUT CCCXXIX.

*Quomodo homo oret & contempletur  
Excellentem Justitiam nostri Do-  
mini DEI.*

1. **O** Deus juste, vere! Tibi sit gloria & honor. Qui vult orare & contemplari tuam sanctam gloriosam Justitiam, oportet quòd eam sciat orare & contemplari memorando intelligendo & amando in tua sancta Unitate & Trinitate & in tuis perfectis Virtutibus; quam orationem & contemplationem oportet facere sensualiter & intellectualiter; & quando homo istas duas orationes & contemplationes finiverit, oportet quod eas ponat & conservet in tertia figura orationis composita ex ambabus.

2. *Excellentem Rex infinite!* Qui vult orare & contemplari tuam magnam justitiam, oportet, *Domine*, quod  
C sciat

34 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
sciat elevare suum intellectum à re-  
bus sensualibus ad intellectuales; quia  
sicut tua Justitia est in tua Substan-  
tia res substantialis intellectualis, ita  
oportet quòd qui benè & ferventer  
eam velit orare & contemplari sciat  
eam orare, & contemplari intellec-  
tualiter, ad quam intellectualitatem  
oportet hominem elevare suum in-  
tellectum cum adjutorio rerum sen-  
sualium.

-3. Unde propter hoc oportet,  
*Domine*, figurare figuram sensualem,  
ut per ipsam intelligamus tuam Jus-  
titiam intellectualem; & ut brevius  
& subtilius possimus loqui de ipsa,  
ponimus & dicimus quod sit.

A. Justitia Divina.

B. Bonum quod facit Petrus.

C. Malum quod facit Guilielmus.

D. Proemium Boni quod fecit Petrus.

E. Poena mali quod fecit Guilielmus.

F. Vera significatio.

G. Falsa significatio.

Et licet id, quod ponimus sen-  
sualiter

sualiter non sit verum, oportet tamen sic fieri, ut melius possimus intelligere & intellectualiter orare & contemplari tuam Justitiam.

4. b. *Excellentissimus Domine super omnes altitudines!* Quia tua gloriosa intellectualis Justitia est æterna infinita & perfecta in omnibus perfectionibus, & creasti creaturas, ut homo possit habere cognitionem de illa; propterea voluisti quòd homo per D. & E. habeat cognitionem de perfectione & Virtute ipsius A.; quoniam sicut homo intelligit, quòd ignis haberet naturam perdurabiliter durandi si haberet materiam, quam combureret, & sicut homo intelligit quòd ignis habeat principium & sit creatura, eò quòd non habeat Virtutem quòd per se possit esse in actualitate & comburere in infinitâ quantitate, ita intelligit per D. & E. perfectionem ipsius A. quam non posset intelligere & scire sine D. & E.

5. Nam si D. & E., *Domine,*  
non

36 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III,*  
non significarent & demonstrarent  
A., homo non haberet oculos sensua-  
les nec intellectuales cum quibus po-  
sset videre ipsum A.; & si creasses  
creaturas ut demonstraretur & signi-  
ficaretur perfectio ipsius A. & non  
creasses D. & E., tunc omnes crea-  
turæ essent frustra creatæ; & si hoc  
ita esset, A. esset contrarium sibi ip-  
si & tua Potestas & Sapientia essent  
contrariæ ipsi A. quod est impossi-  
bile, cum in tua divina Essentia non  
sit ulla contrarietas nec ullus defectus.

6. *Iuste Domine!* Sicut D. est o-  
bligatum ad significandum & demonst-  
randum perfectionem quam habet  
A., ita E. est obligatum ad signifi-  
candum eandem perfectionem ipsius  
A.; nam sicut A. habet naturam &  
propriètatem demonstrandi & mani-  
festandi humano intellectui suam per-  
fectionem per D., ita habet naturam  
& propriètatem demonstrandi eidem  
suam perfectionem per E.; & sicut  
humanus intellectus habet naturam &

pro-

proprietatem cognoscendi ipsum A. per D. ita habet naturam & proprietatem cognoscendi ipsum A. per E.: igitur sicut D. est obligatum ad durandum perdurabiliter, ut perdurabiliter demonstret humano intellectui perfectionem ipsius A.; ita E. est obligatum ad durandum perdurabiliter, ut perdurabiliter demonstret & significet humano intellectui perfectionem ipsius A.: Unde quando homo, *Domine*, scit hoc ita intelligere, & postea mutat suum intellectum ad tuam intellectualem Justitiam & ad cœlestem Gloriam & ad infernalem poenam, tunc orat & contemplatur tuam veram & gloriosam Justitiam.

7. c. *Misericors Domine plene dulcissime & amore!* Sicut A. per suam perfectionem significat humano intellectui quod D. sit durabile sine fine, ut infinite significet perfectionem ipsius A. ita B. significat humano intellectui, quod D. habeat finem & non duret perdurabiliter, quia sicut B. habet prin-

38 *B. Ray. Lalli Lib. Concept. Vol. III.*  
principium, ita significat quòd D. de-  
beat habere finem: igitur cùm D. sig-  
nificetur per A. esse perdurabile, &  
per B. significetur esse privatum du-  
rabilitate; propterea contrariantur  
significationes ipsorum A. & B. in  
D., quando intellectus recipit signi-  
ficationes illorum in ipso D.; & quia  
significationes ipsius A. sunt veræ, &  
omnes significationes eis contrariæ  
sunt falsæ & mendaces, propterea,  
*Domine*, intellectus humanus affirmat  
& fatetur significationes ipsius A. &  
negat illas ipsius B.; quia in quan-  
tum A. plus valet super B., in tan-  
tum suæ significationes sunt veriores  
& meliores super illas ipsius B.

8. *Amorose Domine!* Quia A. dat  
perfectam significationem de se in D.,  
& B. dat falsam significationem de  
se ipso in D., per hoc formantur  
humano intellectui duæ significationes  
contrariæ super D.; quoniam A. sig-  
nificando suas perfectiones in infini-  
tate & æternitate, & in perfecta po-  
testate

testate & sapientia & voluntate; significat durabilitatem in D., & B. significando suos defectus & suum principium & suum finem, significat finem & privationem in D.; propterea, *Domine*, accidentaliter venit in esse significatio ipsius B. quæ venit à defectibus ipsius B.: unde quando intellectus se vertit ad significationes ipsius B., & memoria obliviscitur significationes ipsius A., tunc intellectus ignorat illas & formatur in ipso falsa figura & falsa intentio & opinio; eò quòd recipiat significationes ipsius B. & non illas ipsius A.

9. Sed quando intellectus, *Domine*, per memoriam, quæ memorat significationes, quas dat ipsum A., intelligit prædictas significationes, & postea per memoriam, quæ memorat significationes quas dat ipsum B., intelligit ipsas, & quando voluntas amat plus significationes ipsius A., quàm ipsius B.; tunc formatur vera figura ipsius D. per quam intellectus in-

intelligit veras significaciones de A. & falsas significaciones ipsius B.: igitur cū hoc ita sit, propterea oportet quòd significaciones ipsius A. figuremus per F. & affirmemus quod F. sit vera significatio, & significaciones ipsius B., quas habet de se ipsa, figuremus per G. & affirmemus quod G. sit falsa significatio.

10. d. *O DEUS Honorate mirabilis amorose perfecte in omnibus valoribus sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, Domine, quòd C. habeat principium & finem, & per hoc significet humano intellectui quòd E. debeat habere privationem & finem: unde quando intellectus humanus respicit A. & memoria obliviscitur perfectionem ipsius, & intellectus intelligit quantitatem ipsius E., tunc figuratur in eò G., per quòd putat intelligere quòd A. debeat punire Guilielmum in E., secundum quod E. significat de se ipso, & quod non puniatur secundum id, quod A.*  
 de



de se ipso significat, quando memoria memorat perfectionem ipsius A.

11. Unde quando humanus intellectus, *Domine*, intelligit significationes quas A. dat de se ipso in E. Voluntate amante & memoriâ memorante eas, & memoria memorat & intellectus intelligit significationes quas C. dat de ipso E., tunc formatur in intellectu humano F, per quod certò cognoscit quòd E. sit perdurabile in igne infernali; quia si ita non esset, sequeretur quòd C. esset majus & fortius in significando Veritatem de E. quàm A.; quod si ita esset, sequeretur quòd creatura esset major & fortior & contineret in se plus virtutis quàm Creator, quod est valde impossibile.

12. Unde benedicta sit, *Domine DEUS*, tua sancta gloriosa Justitia; nam sicut ignis & aqua naturaliter habent actionem super aërem & terram, ita per creationem honorationem nobilitatem & perfectionem ipsum

42 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
sum A. habet actionem & domini-  
um super C. & E., ut humano in-  
tellectui significetur perfectio ipsius  
A.; & si E. esset finitum & privare-  
tur suo *esse*, significaretur humano  
intellectui quòd C. habeat actionem  
super A., quod non posset creare  
Creaturam, quæ sine fine daret de-  
monstrationem perfectionis ipsius A.  
quod est impossibile; per quam impos-  
sibilitatem figuratur F. in humano in-  
tellectu qui orat & contemplatur tu-  
am gloriosam Justitiam quando illud  
in eò formatur.

13. *e. Suavis Domine plene amore &*  
*pietate!* Cùm sis infinitus æternus &  
perfectus Creator, & homo sit crea-  
tura habens multos defectus; per hoc  
significat A.; quòd tu debeas amare  
te ipsum primâ intentione & homi-  
nem secundâ, verumtamen non iudi-  
cimus, quòd in Te sit aliquid prius  
& posterius, sed propter vulgus ita  
oportet loqui & secundum naturam  
intentionis sensualiter non possumus  
alio

alio modo loqui; igitur sicut tua Justitia significat quòd debeas amare te ipsum intuitu tui ipsius & debeas amare hominem intuitu ipsius A.; ita A. significat intellectui in quo est F., quod homo debeat amare Te intuitu tui ipsius & debeat amare se intuitu Tuî, ut te amet primâ intentione & se secundâ.

14. Nam, *Domine*, si amares Te propter hominem plùs amares hominem quàm Te; & si homo amaret se primâ intentione & Te secundâ, plùs amaret se, quàm Te, & si ita esset, sequeretur quòd A. non esset in Te nec esset in homine, ex quo sequeretur quòd B. & C. valerent super A., & C. & E. valerent super B., & D. & G. haberent majorem potestatem & demonstrationem quam F.: quod cum sit impossibile, per hoc significatur humano intellectui quod F. sit super G., & A. sit super B. & C. & D. & E.

15. Unde benediçta sit, *Domine*  
DE-

44 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.  
DEUS, tua sancta Justitia gloriosa;  
quia quando homo sensualiter figurat  
istas figuras, & per eas scit intelli-  
gere quod significant per concordan-  
tiam vel per disconvenientiam, tunc  
anima memorando intelligendo & vo-  
lendo orat & contemplatur tuam be-  
nedictam Justitiam significatam & de-  
monstratam humano intellectui per  
durationem ipsorum D. & E.: igitur  
cū hoc ita sit, quando F. est figu-  
ratur in memoriā intellectu & volun-  
tate, quis est ille qui audeat cessare  
à faciendo bonum quod potest face-  
re? & quis est ille qui audeat facere  
ullum malum postquam D. & E. sunt  
res quæ nunquam habebunt finem.

16. f. *Sapiens Domine in omnibus sa-  
pientiis, potens in omnibus potestati-  
bus!* Quando homo considerat an B.  
sit propter A., tunc A. demonstran-  
do suam perfectionem significat hu-  
mano intellectui B. esse propter A.;  
& quando humanus intellectus reci-  
pit significationem ipsius A., & sig-  
nifica-

nificationem quam B. ei dat de se ipso, tunc in humano intellectu formatur F., & quando F. exit ab ipso intellectu, & in eum intrat G., tunc memoria obliviscitur & intellectus ignorat perfectionem quam A. significat de se ipso, & defectum quem B. significat de se ipso.

17. Unde cum hoc ita sit, quotiescumque, *Domine*, intellectus recipiat significationes quas A. de se ipso dat intellectui, tunc intellectus recipit significationes quas B. ei dat de suis defectibus scilicet de principio & quantitate: Nam per perfectionem, quam A. significat de se ipso, recipit intellectus gratiam, per quam est perfectus in recipiendo veras significationes, quas B. dat de se ipso. Sed quando intellectus non recipit significationes ipsius A., tunc formatur in eo G. quod privat F.; & propterea intellectus ignorat A. & B. & D. & est contrarius orationi & contemplationi quæ deberent fieri ipsi A.

18. *Jus-*

18. *Iuste Domine!* Quando homo considerat, an A. dederit esse ipsi C. vel non, tunc A. demonstrando suam perfectionem, & C. demonstrando suum defectum formant F. in intellectu, memoriâ memorante & intellectu intelligente & Voluntate amante, quod A. dederit esse ipsi B., & non ipsi C.; sed quando intellectus considerat an A. dederit esse ipsi C. vel non, & recipit significationem ipsius C. & ipsius E., & non recipit significationes ipsius A., eo quòd memoria non memoret nec voluntas amet eas, tunc formatur G. in intellectu opinante quòd C. sit ab A.; & propterea est contrarius ipsi F.; unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut homo habet majores vires in duabus manibus quàm in una, ita intellectus habet naturam plus recipiendi veram significationem, quando ab A. & à C. recipit eorum significationes, quàm quando solùm recipit eas à C. sine A.

19. g. *Adjutor Domine! qui succurris pressuris & tribulationibus tuorum amatorum.* Quando intellectus recipit significationes quas A. dat de se ipso, & recipit significationes quas B. dat de se ipso in D., & significationes quas C. dat de se ipso in E., tunc A. demonstrando se ipsum, demonstrat humano intellectui quod D. debeat esse in B. propter bonum quod facit Petrus, & E. debeat esse in C. propter peccata quæ facit Guilielmus: Unde si A. hoc non significaret, non significaret se ipsum perfectum: & postquam A. significavit isto modo se ipsum humano intellectui, memoria obliviscitur & intellectus ignorat ipsum A.; & memoria memorat & intellectus intelligit tuam æternam Sapientiam perfectam, tunc intellectus, obliviscente memoriâ & ignorante intellectu ipsum A.;, format prædestinationem esse in D. & in E.; quia si in ipsis non esset, tua Sapientia humano intellectui non demonstraretur perfecta. 20. Et

20. Et quando intellectus, *Domine*, recepit formam prædestinationis per significationes quas tua Sapientia dat de sua Perfectione, tunc non potest recipere significationes ipsius A. in D. nec in E.; & quando memoria redit ad memorandum & intelligendum Perfectiones quas A. demonstrat in D. & in E., & memoria obliviscitur & intellectus ignorat tuam Sapientiam, tunc disparet & privatur in intellectu forma prædestinationis, quæ est in D. & E.; unde dum intellectus est impeditus quòd non sciat quænam significationes sint veræ vel falsæ de tua Justitia & Sapientia & hæ significationes in uno tempore non possint capi in intellectu, tunc tua Potestas & tua Voluntas significant intellectui suam perfectionem quando memoria memorat tuam Potestatem habere Justitiam in B. & in C. & tuam Voluntatem esse adeò volentem Justitiam in B. & in C., quod non velit injuriam,



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIX.* 49  
-juriam, & quando intellectus intelli-  
-git æquè magnam perfectionem tuæ  
Potestatis & Voluntatis sicut tuæ Jus-  
-titia & tuæ Sapientia, & intelligit  
æqualem perfectionem in Sapientia &  
in Justitia, tunc percipit & intelligit  
uno modo vim quam habet prædesti-  
-natio in D. & E. per tuam Sapientiam  
& alio modo percipit & intelligit  
-fragilitatem sive inefficaciam quam  
-habet prædestinatio in D. & E. per  
-tuam Justitiam.

21. Unde quando humanus intel-  
-lectus, *Domine*, scit recipere in æ-  
-quali Virtute & perfectione significa-  
-tiones, quas quælibet tuarum Vir-  
-tutum dat de se ipsa, tunc formatur  
F. in ipso intellectu qui intelligit vim  
prædestinationis per Sapientiam &  
inefficaciam sive fragilitatem, ipsius  
per Justitiam, sed quando intellec-  
-tus decipitur, & recipit significatio-  
-nem tuæ Sapientia & non vult reci-  
-pere significationem tuæ Potestatis  
-Voluntatis & Justitia, quæ habent  
D æqua-

30 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. VII.*  
æqualem perfectionem cum tua Sapi-  
entia tunc falso formatur G. in hu-  
mano intellectu qui putat intelligere  
prædestinationem quam ignorat; &  
per hunc modum decipiuntur multi  
homines per prædestinationem scilicet  
quando recipiunt quasdam significa-  
tiones & non alias; quia ita magna  
& perfecta est tua Justitia in facien-  
do Justitiam, quàm magna est tua Vo-  
luntas in volendo eam; & tam mag-  
na est tua Potestas in faciendo Jus-  
titiam, quàm magna est tua Sapien-  
tia in sciendo & cognoscendo B. &  
C.: igitur quando homo, *Domine*,  
scit intelligere & cognoscere omnes  
istas res, tunc orat & contempla-  
tur tuam sanctam Justitiam gloriosam  
significante prædestinatione tuam san-  
tam virtuosam Trinitatem.

22. *h. Liberalis Domine!* Quia B.  
& C. & D. & E. humano intellec-  
tui sunt demonstratio ipsius A., prop-  
terea placuit tibi, quòd Persona Fi-  
lii assumeret carnem ex Gloriosa Vir-  
gine

-SUPS

U

gine

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXIX.* Et  
gine nostra Domina sancta MARIA;  
Quoniam sicut mundus fuit corrup-  
tus per hominem, ita significatur  
quod sit recreatus per hominem; &  
sicut tua Humanitas voluit mori ad  
recreandum humanam speciem, ita  
Petrus est obligatus ad faciendum B.  
& ad evitandum C.; unde quando  
intellectus recipit contrarias signifi-  
cationes, & negat Incarnationem, tunc  
A. non adeò fortiter demonstratur  
ei in B. & C. & D. & E., sicut quan-  
do affirmat ipsam.

23. *Aeternae Domine!* Sicut splen-  
dor Solis est homini occasio quòd  
videat colores & figuras, quæ sunt  
in mundo; ita tua sancta Incarnatio  
& Passio est homini occasio & ratio,  
quòd cognoscat perfectionem ipsius  
A. in hoc quod facit in B. in D. &  
in E.; unde sicut in absentia ipsius  
infidelēs ignorantes tuam sanctam In-  
carnationem non possunt esse adeò  
illuminati ad habendam cognitionem  
occasionem & rationem contemplan-

di

52 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
di & orandi tuam Justitiam, sicut  
Christiani per hoc quod affirmant &  
credant tuam gloriosam Incarnatio-  
nem & tuam angustiosam Passio-  
nem.

24. *JESU Christe Domine!* Sicut  
homo in hoc mundo verè orat &  
contemplatur & laudat suum Deum  
& suum Creatorem, & servit ei, ita  
oportet quòd post resurrectionem, A.  
videatur in B. & in E. sensualiter &  
intellectualiter; unde si Incarnatio non  
esset, *Domine*, & glorificares Sanctos  
Gloriæ cum cibo & potu & consor-  
tio foeminarum, tunc esset corrup-  
tio in Gloria, & si non glorificares  
B. cum D. sensualiter, perfectio ip-  
sius A. esset absens humano intellec-  
tui; & si B. putaret sentire Gloriam  
sensualem in D. & non esset ita si-  
cut putaret esse; non esset Veritas  
in A.: igitur cum A. sit fons Verita-  
tis, per hoc significatur quod E.  
sit in intellectu illorum, qui afir-  
mant tuam Incarnationem, & G. in  
intel-

intellectu illorum, qui eam negant: igitur quando homo, *Domine*, per sanctam Incarnationem & passionem scit significare perfectionem ipsius A. in suo intellectu, tunc orat & contemplatur tuam perfectam Justitiam.

25. i. *O Juste Domine! qui dirigis & salvas tuos veros amatores.* Quando humanus intellectus considerat A. in E., & G. formatur ante intellectum, ut ipse non possit intelligere F., & putat quod Guilielmus de necessitate faciat peccata quæ facit, tunc occultatur & obscuratur intellectui ipsum A. per G. quod est inter F. & ipsum intellectum; & hoc idem est, quando intellectus intelligit, quod Petrus faciat B. per Te, & nullatenus per se ipsum, quia licet tu facias omne B., G. falso significat intellectui, quod Petrus non sit dignus ipso D.

26. Unde, *Domine*, sicut F. non potest se demonstrare humano intellectui, quando in eo formatur prædestinatio per tuam Sapientiam nisi intellect.

54 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
intellectus recipiat significationes ipsius  
A. ; ita non potest se significare hu-  
mano intellectui, quando ipse stat in  
suo defectu ignorando F. & falsò re-  
cipiendo G. , eo quod ignoret per-  
fectam Potestatem & Sapientiam &  
Voluntatem tuæ Justitiæ, quæ justè  
& perfectè potest & scit & vult om-  
ne bonum quod facit Petrus, esse ab  
A. faciente Justitiam ipsi Petro in D. ;  
& nihil mali quod facit Guilielmus  
esse ab ipso A. faciente Justitiam ip-  
si Guilielmo in E. ; sed quando in-  
tellectus æqualiter percipit perfectas  
significationes tuæ Potestatis & Sapi-  
entia, Voluntatis & Justitiæ, tunc  
G. mutatur & exit ab intellectu, &  
F. se demonstrat & stat ante intellec-  
tum, qui cognoscit ipsum A. in D.  
& E.

27. *Gloriose Domine!* sicut intel-  
lectus non intelligit, quod Petrus  
faciat aliquid de B. quando intelli-  
git omne B. fieri à Te, ita G. vetat  
intellectui ne intelligat aliquid de C.  
quan-

quando vetat & prohibet intellectum, ne intelligat A. ; & sicut intellectus non intelligit prædestinationem in C. ; quando non intelligit A. in E. ; ita non intelligit A. cum G. in D. nec in E. : nam sicut Sol est ad illuminandum oculos corporales & nox ad dandum obscuritatem , ita oculi intellectûs sunt F. , & privatio visûs ipsius intellectûs est G.

28. k. *Domine Consolator mee mentis!* quando anima Te vult & Te intelligit & Te memorat. Quantò majus est B. & C. tantò F. demonstrat intellectui A majus in D. & E. , & quantò majus est B. & C. tanto deficit F. in demonstrando intellectui magnitudinem ipsius A. in D. & in E. : igitur cum hoc ita sit , quantò plus homines sunt occasionati ad faciendum bonum & ad evitandum malum tantò magis F. est paratum ad demonstrandum A. humano intellectui : Unde cum in sancta Romana Fide homines sint plus occasionati ad faci-

56 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
faciendum bonum & ad evitandum  
malum, quàm in ulla alia Fide, per  
hoc significatur ipsam esse in Verita-  
te, & omnes alias in falsitate.

29. *Gloriose Domine!* sicut sensua-  
liter quædam vasa sunt majora & re-  
cipiunt majorem quantitatem aquæ  
quàm alia, ita F. meliùs significat  
A in majoribus B. & C., quàm in  
minoribus; & sicut aqua in genera-  
li non est major nec minor in se ipsa,  
licet particulariter quædam vasa plus  
recipiant, quam alia; ita tua Justitia  
non est in se major nec minor; igitur  
cum hoc ita sit, significatur huma-  
no intellectui quod tua Justitia quan-  
tum ad se ipsam sit tam perfecta in  
quibusdam hominibus quam in aliis,  
licet in quibusdam demonstretur ma-  
gis quam in aliis.

30. Si ita esset, *Domine*, quod  
homo posset facere aliquid boni sine  
Te, & aliquod peccatum vel par-  
vum vel magnum fieret à Te, sig-  
nificaretur humano intellectui tuam  
Justi-



Justitiam habere in se ipsa defectum;  
Nam quia Tu es perfectus in omni  
bono, tua Justitia esset injuriosa sibi  
ipsi, si ullum bonum esset sine ipsa,  
& ullum peccatum esset per eam: igitur  
sicut F. significat intellectui A.  
perfectum per istum modum, ita G.  
eidem significat falsò defectum in A.,  
tunc quando memoria non potest me-  
morare nec intellectus intelligere,  
quomodo Petrus non possit per se  
quidquam facere de B., nec quid-  
quam de C. esse à Te, & quia F.  
est in Veritate, & G. in falsitate, ideo  
tuus servus, *Domine*, orat & con-  
templatur tuam Justitiam, quam val-  
de timet, & præ timore ipsius oscu-  
latur terram, & petit indulgentiam,  
& elevat suos oculos & suas manus  
ad coelum memorando intelli-  
gendo & amando tuam dul-  
cem piam & amore-  
sam misericordiam  
Divinam.

CAPUT

CAPUT CCCXXX.

*Quomodo homo oret & contempletur  
Misericordiam nostri Domi-  
ni DEI,*

1. **O** DEUS Misericors pie! in quo  
a. **O** sperant & confidunt peccato-  
res. Qui vult orare & contemplari  
tuam magnam dulcem Misericordi-  
am, oportet, *Domine*, quod eam sci-  
at orare & contemplari sensualiter &  
intellectualiter in tua sancta Unitate  
& in tua gloriosa Trinitate & in tuis  
perfectis Virtutibus, & quando ho-  
mo sensualiter & intellectualiter eam  
oraverit, oportet quod sciat obser-  
vare & custodire ambas orationes in  
tertia figura derivata & composita  
ex eis.

2. Qui ardentè & ferventer, sub-  
tiliter & declaratè vult orare & con-  
templari tuam Misericordiam glorio-  
sam, oportet, *Domine*, quod sciat  
etc.

elevare suam memoriam & suum intellectum & suam Voluntatem à rebus sensualibus ad intellectuales ; & quia anima non potest faciliter elevare has tres Virtutes ad res intellectuales sine magno adjutorio & demonstratione rerum sensualium , propterea oportet quod sensualiter figuremus figuras, quibus nominemus res intellectuales & sensuales. Et ideò , *Domine* , ponimus quod sit

A. Divina Misericordia.

B. Gloriosa Incarnatio.

C. Privatio Incarnationis.

D. Significatio ipsius B.

E. Significatio ipsius C.

3. Qui hoc modo & viâ vult orare & contemplari , *Domine* , tuam sanctam Misericordiam, oportet quòd per necessarias rationes sciat cognoscere & intelligere secundum quasdam significationes majus nobilius & virtuosius A. demonstratur humano intellectui , scilicet an secundum D. an vero secundum E. : nam si D. det nobi-

60 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
nobiliores & meliores significationes  
& demonstrationes de A. quam ip-  
sum E. , tunc oportet quod homo  
affirmet B. & neget C. sed si E. det  
nobiliores & veriores significationes  
de A. quam ipsum D. , oportet quod  
homo affirmet C. & neget B.

4. b. *Rex Regum & Domine Domi-  
norum! qui es spes meorum amorum.*  
Quando homo ordinaverit supradic-  
tas figuras , tunc oportet quod figu-  
ret adhuc alias figuras per quas pos-  
sit intelligere primas; & propterea  
ponimus quod sit

F. Petrus.

G. Guilielmus.

H. Auditus.

I. Visus.

K. Odoratus.

L. Gustus.

M. Tactus.

& quando homo, *Domine*, figuraverit  
has figuras, ponat & dicat quod F.  
habeat omnes quinque sensus sensua-  
les, & G. non habeat nisi L. & M.,

&

& cum hoc ita affirmaverit, tunc demonstratur humano intellectui, quod anima Petri possit dare majorem demonstrationem & majorem significationem de se ipsa, quam anima Guilielmi; quoniam F. habet omnes quinque sensus corporales, & G. non habet nisi duos.

5. *Virtuose Domine!* quando homo ordinaverit & direxerit omnes prædictas figuras eâ intentione, ut cum illis sciat orare & contemplari tuam Misericordiam, postea oportet considerare, quòd licet anima Petri possit plus demonstrare suam Virtutem in corpore Petri, quam anima Guilielmi in corpore suo, per hoc tamen anima Petri non sit nobilioris naturæ, quam anima Guilielmi; quia si corpus Guilielmi esset ita bene ordinatum, sicut corpus Petri, posset tantum Virtutis significare & demonstrare de se ipsa, quantum anima Petri; unde quando homo hoc modo consideraverit & intellexerit,  
tunc

62 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
tunc oportet, quod conseruet & cus-  
todiat id, quod D. & E. significant  
de A. & oportet quod intellectus si-  
cut intelligit animam Petri non ha-  
bere nobiliorem naturam, quam ani-  
mam Guilielmi, ita intelligat vel B. vel  
C. esse in veritate; per totum hoc  
tua Misericordia in quantum ad su-  
am naturam non est major nec mi-  
nor; sed sicut anima Petri demons-  
trat melius suam virtutem quam ani-  
ma Guilielmi, ita A. melius demons-  
trat suam virtutem & nobilitatem in-  
tellectui affirmanti B. quam intellec-  
tui affirmanti C.

6. Unde benedictus sis, *Domine  
DEUS*, quia tuus servus figuravit is-  
tas demonstrationes sensuales, ut suus  
intellectus sit magis aptus & directus  
ad recipiendum significationes, per  
quas tua Misericordia ipsi demons-  
trat suam virtutem; quia sicut intel-  
lectus est magis dispositus & paratus  
ad intelligendum, quando legit in  
libro pulchro & magni characteris,  
quàm

quàm quando legit in libro turpi & parvi characteris, & sicut homo facit figuras in terra vel in lapidibus vel in pariete ad significandum intellectui res intellectuales, ita intentio tui servi, propter quam figurat prædictas figuras, est ut melius possit dare ad intelligendum tuam gloriosam Misericordiam Divinam.

7. c. *Magne Domine super omnes magnitudines honorate super omnes honorationes!* Sicut sensualiter sentimus quod E. det majorem significationem quam G., ita D. det majorem demonstrationem de A. quam E. quia D. significat quod in tua Misericordia sit multum Virtutis per hoc quod ipsi placuerit mittere tuum Filium ad assumendam humanam carnem, de qua humano generi fecisti domum & Misericordiam, ut recrearemur cum fletibus & laboribus, tormentis & doloribus, quos tua gloriosa Humanitas passa fuit in Cruce, quando sustinuit angustiosam Mortem: Unde  
quan-

64 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
quando intellectus se mutat ad recipi-  
endum E. in hoc quod significat de  
A., tunc privatur in eo significatio  
quam D. dat de A. : igitur quando  
intellectus aspicit A. cum D. & E.  
tunc multò clariùs videt tuam Mise-  
ricordiam cum B. quam cum C.

8. *Virtuose Domine!* Sicut H. &  
I. & K. sunt occasio, ut F. habeat  
majorem cognitionem de rebus sen-  
sualibus quam G., & sicut res sensua-  
les sunt ipsi F. occasio, ut habeat ma-  
jorem cognitionem de rebus intellec-  
tualibus quam G., ita B. est perfec-  
tius subjectum ipsi D., ut det demonst-  
rationem de A., quam C. ipsi E.;  
quia quando intellectus recipit id,  
quod D. illi dat per B., tunc intel-  
ligit quod Natura Divina infinita æ-  
terna tota perfecta, quæ est Filius,  
sit unita cum natura creata & fini-  
ta in quantitate & virtutibus; & to-  
tum hoc facit A. ut exaltaret & ele-  
varet in honoratione & gloria huma-  
nam speciem; igitur quando intellec-  
tus,



tus, *Domine*, intelligit id, quod B. ei significat de A. per istam demonstrationem, tunc intelligit tantum Misericordiae, quod se inveniat finitum & terminatum ad intelligendum totam ipsam, & quando intellectus se vertit ad E. & ei significat C. tunc non intelligit in ista significatione quidquam de tua Misericordia, & se sentit paratum & directum ad intelligendum ipsum A. si esset, qui ipsum ei significaret, sicut anima ipsius G. est parata ad intelligendum colorem, si esset, qui ipsum ei significaret.

9. Unde benedicta sit, *Domine DEUS*, tua dulcis & gloriosa Misericordia; quia sicut F. habet majorem demonstrationem de rebus quas recipit ab ipso A., quam habeat G., eo quod F. in pluribus & diversioribus rebus recipiat dona & gratias ab A. quam G., ita D. per B. multò majores dat demonstrationes sine omni comparatione de A., quam E. per C.: igitur cum hoc ita sit, de necessitate oportet

E

ter

ret fateri quòd D. sit vera, & E. falsa significatio; quia si E. esset in veritate & D. in falsitate, sequeretur, quòd res quæ minus significant A., essent majores in virtute, quam res quæ illud plus significant, & si ita esset, sequeretur, quòd corpus Guilielmi valeret plus, quàm corpus Petri, & quòd anima Guilielmi plus demonstraret suam Virtutem per privationem ipsorum H. & I. & K. quàm anima Petri quæ utitur virtute etiam in illis rebus in quibus anima Guilielmi non potest uti suâ; quòd est impossibile: igitur quando intellectus, *Domine*, per has figuras intelligit tuam Misericordiam, tunc eam orat & contemplatur.

10. d. *Æterne Domine! qui es dignus omni reverentia & honore!* Quando intellectus tui servi multò melius intellexit A. per B. quàm per C., tunc vertit se ad E. & inquit in illo an sibi aliquo modo poterit significare ipsum A. quòd D. non possit  
signi-

significare, & tunc E. significat intellectui, quod A. esset magnum & infinitum, antequam mundus esset; & dum E. significat ei A. modo prædicto, intellectus se vertit ad memoriam quæ memorat, quod D. eodem modo ei significet A.: quia sicut L. & M. dant Petro tantam significationem quantam L. & M dant Guilielmo; ita D. potest dare tantam demonstrationem de A., quantam ipsum E., & quantò H. & I. & K pos-  
sunt plus demonstrare ipsi Petro, quam privatio ipsorum H. & I. & K. ipsi Guilielmo, tantò plus D. potest demonstrare ipsum A. quàm E.

II. *Misericors Domine!* Quando intellectus se vertit ad intelligendum in memoria memorante quàm necessaria sit homini tua Misericordia ratione multorum & magnorum peccatorum, quæ sunt in homine, & ratione magnæ Justitiæ & Sapientiæ quæ est in Te, & quando intellectus intelligit & memoria memorat, quod  
D.

D. multò plus apertè & declaratè demonstrat ipsum A. quam demonstrat E.; tunc venit voluntas, que amat indulgentiam & cœlestem Gloriam & timet infernalem poenam, & amat multò plus sine omni comparatione B. quàm C.: igitur sicut D. melius demonstrat B., quàm E. demonstrat C., ita, *Domine*, D. demonstrat meliorem animam, quæ B. memorat intelligit & amat, quàm E. demonstrat animam quæ C. amat & fatagit illud memorare & intelligere.

12. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, quando intellectus intelligit omnia prædicta tunc intelligit, quòd illi qui amant intelligunt & memorant B. orent & contemplantur tuum A., & qui non amant & contemnunt B. & amant C. illi non orent nec contemplantur tuum A. imò blasphemant & contemnant illud, eò quòd non velint memorare nec intelligere nec amare nec audire tuam Incarnationem,

tionem, quæ est demonstratio & significatio per quam tua magna Misericordia se demonstrat & significat humano intellectui, ut in ea confidamus & consolemur & ab ea speremus dona & indulgentias gratiam & beatitudinem.

13. c. *Perdurabilis Domine magne in omnibus Magnitudinibus! qui es nobilis in omnibus nobilitatibus!* Si B. significaret aliquem defectum de A., vel si C. daret majorem significationem de A., quàm ipsum B., non esset rationabile, quod intellectus affirmaret B., & quod negaret C.; sed quia B. non dat ullam malam significationem de A., & dat meliorem significationem de A.; quàm C., secundum quod supra diximus, tunc, si intellectus hoc intelligens affirmaret C. & negaret B., ignorantia esset intellectus, & intellectus esset ignorantia, quod est impossibile, ex quo sequeretur, quod intellectus esset creatus ad ignorandum, & ignorantia ad intelligendum.

14. Si

14. Si C., *Domine*, potest dare ipsi E. aliquam Virtutem, per quam E. significaret tuam Misericordiam in creando & ordinando mundum & in parcendo & indulgendo peccatoribus, & in dando eis dona, gratias & benedictiones, æquè benè B. potest dare Virtutem ipsi D.; quod in rebus prædictis significat A. quin E. vincat & superet vel uno puncto & momento ipsum D., & D. vincit & superat E. cum B. plus quàm homo possit æstimare & cogitare: igitur cum hoc ita sit, si anima, quæ hoc intelligit, neget B. & affirmet C., tunc intellectus non negat B. sed Voluntas negat illud, quæ amat plus C., quàm B. quia per fidem discredidit id, quod memoria memorat & intellectus intelligit.

15. *Gloriose Domine!* Si intellectus non intelligeret nec memoria memoraret demonstrationem quæ fit à D. per E. esse majorem demonstrationem quàm illa, quæ fit ab E. per C., non

effect

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXX. 71*  
esset mirum si Voluntas amaret plus  
C. quàm B.; sed quia Voluntas amat  
A. in hoc quod velit, quòd ei indul-  
geat, & memoria memorat & intel-  
lectus intelligit D. valere plus quàm  
E., & cùm sit naturale, quòd Vo-  
luntas meliùs concordet cum re me-  
morata & intellecta quàm cum re non  
memorata & ignorata, quomodo po-  
test esse, *Domine*, quod Voluntas a-  
met plus discredere B.; quod memo-  
ria memorat & intellectus intelligit,  
& id, in quo Misericordia se melius  
demonstrat, quàm discredere ipsum C.  
cujus *esse* anima non memorat nec in-  
telligit, quæ memorat & intelligit  
B.

16. f. *Creator Domine benefactor! qui  
universa gubernas & sustines.* Sensua-  
liter sentimus & intellectualiter intel-  
ligimus, quod duo non sint in quan-  
titate æqualia tribus, & propterea duo  
capiuntur in tribus, & tria non pos-  
sunt capi in duobus: unde quando  
intellectus hoc intelligit, tunc se mu-  
tat

rat ad intelligendum quòd sicut tres res non possunt collocari in duobus ita E. non possit tantum significare A. cum C., quantum D. cum B., quia sicut tria habent in se duo & unum, & in duobus non sunt duo & unum, ita D. potest significare A. in omni eo, in quo E. potest significare illud, & in quantum D. plus significat A. cum B., quam E., in tantum contrariatur ipsi B. cum C.: igitur cum hoc ita sit, propterea. *Domine*, voluisti quòd esset B., ut, sicut tria continent majorem numerum quàm duo, ita A. melius significaretur per B. quàm per C.

17. Unde sicut tria sunt in majori quantitate numeri quàm duo, ita, *Domine*, D. est majus & melius in B. quàm E. in C.: igitur in quantum D. est majus & melius per B. quàm E. per C. in tantum melius sine omni comparatione demonstratur A. per D. quàm per E.: unde sicut esset defectus numeri, si nullus numerus ascenderet



deret super duo, ita humanus intellectus non haberet eum quo reciperet perfectam demonstrationem de A., si non esset B; quia sicut in mari capitur plus aquæ quàm in fonte, ita in intellectu capitur plus cognitionis de A. per B. quàm per C..

18. *Domine,* Cùm probatum sit, *Domine,* quòd A. plus significetur & demonstretur humano intellectui per D. quàm per E., per hoc D. significat ipsi intellectui, quòd spes possit facilius esse in hominibus credentibus in B. quàm credentibus in C.; & cùm spes facilius possit esse per D. quàm per E. propter hoc D. significat humano intellectui, quod remissionem peccatorum possit prius obtinere qui habet majorem spem in A., per hoc, quod credat in B., quàm per hoc quod credat in C.

19. *g. Perfècte Domine in omnibus Perfectionibus, honorate Domine in omnibus honorationibus!* Quando intellectus recipit D., quod B. dat de tuo A.,

74 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
A., tunc memoria memorat dolores,  
famem & sitim, tribulationes & la-  
bores, quos tuum corpus sustinuit pro  
nobis ad recreandum & salvandum &  
redimendum nos à mortali inimico,  
& tunc voluntas movet hominem ad  
jejunandum & peregrinandum, ad fa-  
ciendum afflictiones & eleemosynas  
pro tuo amore: unde in quantum vo-  
luntas est occasionata ad faciendum  
omnes istas res & ad desiderandum  
sustinere labores & mortem pro tuo  
amore, sicut Tu sustinuisti pro amo-  
re nostrî, in tantum A. facit mise-  
ricordiam voluntati, ut sit virtuosa  
in amando, & memoriæ ut sit vir-  
tuosa in memorando & intellectui in  
intelligendo: & quando intellectus se  
vertit ad C. & ad E. tunc voluntas  
perdit suum fervorem & suam devo-  
tionem per oblivionem, quàm me-  
moria habet de B.

20. Unde cùm hoc ita sit, *Do-*  
*mine*, sicut F. recipit multò plus  
virtutis sensitivæ quàm G., ita D. re-  
cipit

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXX. 75*  
cipit multo plus gratiæ ad significan-  
dum A., quàm recipiat E.: & prop-  
terea sensualiter videmus & intellec-  
tualiter intelligimus, quòd Populus  
credens in B. plus jejunct & plus se  
affligat, & plures eleemosynas det &  
plus laboret pro suo Creatore, & plus  
eum oret & contempletur, & plures  
& honoratiores Religiosos & Cleri-  
cos habeat quàm Populus credens in  
C.: igitur cum hoc ita sit, sicut D.  
melius demonstrat A. quàm illud de-  
mostret E., ita Populus ipsius B. re-  
cipit plus gratiæ ab A. quàm Popu-  
lus ipsius C.  
21. *Juste Domine!* Sicut tua Mi-  
sericordia esset contra tuam Justi-  
am, si se demonstraret nobis tantam,  
quanta est in Divina Natura, ita, *Do-  
mine*, tua Misericordia esset contra-  
ria tuæ Justitiæ, nisi se demonstra-  
ret nobis secundum quod est nobis  
necessarium ut illam amemus memo-  
remus & cognoscamus: igitur cum  
non sit ulla fides in qua plus demons-  
tretur

tritur A. quàm in fide quæ credit in B., & cum A. melius demonstratur per D. quàm per E., propterea A. significat veritatem fidei quæ credit in B., & falsitatem fidei quæ credit in C.: unde quando anima, *Domine*, scit recipere omnes istas significaciones tunc orat & contemplatur tuam gloriosam Misericordiam.

22. h. *Potens Domine! Qui cogis & constringis quidquid vis.* Sicut Sol per hoc quod habeat majorem splendorem quàm Luna, visui corporali majorem claritatem potest dare, quàm Luna, ita B. per hoc quod habeat gratiam & virtutem, quam non habet C., potest dare majorem virtutem ipsi D. ad significandum A. quàm C. possit dare ipsi E.; & si hoc ita non esset, sed ejus oppositum, sequeretur quòd Luna haberet majorem virtutem per habere minorem claritatem, quàm Sol per habere majorem claritatem, & si hoc ita esset, Luna per minorem virtutem magis & melius

lius demonstraret nobilitatem Creatoris, quàm Sol per majorem claritatem; quod si ita esset, G. haberet majorem cognitionem de rebus sensualibus quàm F., & tua Misericordia, quò minus se demonstraret homini, & quò minores & fragiliores creaturas creâset, eò major significaretur & demonstraretur.

23. *Divine Domine!* Quando intellectus intelligit B. & memoria memorat & voluntas amat illud, tunc D. significat intellectui, quòd tua sancta Humanitas & gloriosa Virgo nostra Domina sancta MARIA orent & precentur tuam sanctam Misericordiam ut descendat ad nos, & misereatur nostrî peccatorum, & quando intellectus recipit E. & non vult recipere D., & memoria obliviscitur & voluntas difamat B., tunc intellectus non intelligit nec memoria memorat nec voluntas amat duas ad eò nobiles Creaturas quæ precentur tuam Misericordiam, sicut eas intelligit, quando  
do

78 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
do intellectus recipit D. : igitur cum  
intellectus per preces intelligat mise-  
ricordiam, & per privationem precum  
eam ignoret, ideò D. significat Veri-  
tatem ipsius B., & E. non potest eam  
significare de C.

24. *Sapiens Domine!* sicut tua Glo-  
riosa Sapiencia humano intellectui sig-  
nificat prædestinationem, & tua sanc-  
ta Justitia ipsi eam occultat, ita B. de-  
monstrat intellectui A., & C. eam oc-  
cultat; sed sicut tua Sapiencia demonst-  
rat, & tua Justitia occultat prædes-  
tinationem ratione diversitatis perso-  
narum, quæ sunt diversæ proprietates  
in tua divina Substantia, ita ratione  
contrarietatis, quæ est inter B. & C.,  
id quod B. revelat, C. occultat: un-  
de si B. demonstraret & C. occul-  
taret per diversitatem & non per con-  
trarietatem, tunc C. esset *esse* & pri-  
vatio, & B. similiter, quod est impos-  
sibile, sicut est impossibile, quod tua  
Sapiencia revelet prædestinationem per  
contrarietatem quam habeat cum  
tua

tua Justitia, & quòd tua Justitia occultet prædestinationem per contrarietatem, quam habeat cum tua Sapientia, quia est impossibile, quòd Sapientia & Justitia in Te contrariarentur, quoniam si contrariarentur Sapientia & injuria, & ignorantia & Justitia concordarent, quod est impossibile.

25. i. *Conveniens Domine amorose dulcis & placens!* Si E. in hoc vel in alio mundo meliùs significaret A, quàm D. illud significet, esset conveniens, quòd intellectus reciperet ipsum E., in quantum ad id, in quo plus significaret A.; sed sicut in hoc mundo D. meliùs significat A., quàm E. significet illud, ita A. in alio mundo melius demonstratur per B. quàm per C.; quia Saraceni, qui discredunt B., putant habere gloriam cibi & potùs & fœminarum, & Judei, qui discredunt ipsum B., non putant habere gloriam sensualem: igitur quia Christiani credentes in B. sperant habere

bere gloriam sensualem in corpore  
tui Filii Incarnati, & sperant habe-  
re gloriam intellectualem in anima  
ipsius, & in tua Deitate; propte-  
rea D. Christianis eò meliùs signifi-  
cat A., quando perfectiùs tua Huma-  
nitas homini potest dare gloriam,  
quàm butyrum & oleum & lac & vi-  
num & foemina.

26. Quando voluntas, *Domine*,  
credit B., & discredit C., tunc D.  
plus significat A., quàm E. illud signi-  
ficet; quia quando intellectus intelli-  
git B., meliùs intelligit diem resurrec-  
tionis, quàm quando voluntas cre-  
dit C. & discredit B.; eò quod me-  
liùs significetur Resurrectio per cre-  
dere quod tuum corpus sit resuscita-  
tum, quàm per negare tuam Incar-  
nationem & Passionem & Resurrectio-  
nem: igitur quantò major Misericor-  
dia est facta corpori resuscitato &  
glorificato, quàm corpori putrefacto  
& corrupto, tantò plus D. signifi-  
cat B., & tantò magis deficit E.,  
quod



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXX.* 81  
quod non sufficiat ad significandum  
C.

27. Ponamus, *Domine*, quòd Petrus Christianus, & Maymo Saracenus occidant unum hominem, & ponamus, quòd petant misericordiam & remissionem, & ponamus quòd tu eis remittas: quando voluntas amat B. & difamat C., tunc intellectus intelligit quòd A. plus remittat Petro quàm Maymoni, eò quòd Petrus, qui credit B., fit plus obligatus ad non faciendum homicidium pro amore ipsius B., quàm Maymo pro amore ipsius C.; & si Petrus & Maymo non petant remissionem sui peccati, majorem culpam habet Petrus in non petendo eam, quàm Maymo; eò quòd D. melius demonstret Petro A., quàm E. demonstret illud Maymoni: unde quando homo, *Domine*, isto modo scit cognoscere & affirmare B., tunc orat & contemplatur in ipso B. tuum A.

28. k. *Desiderate Domine ab omnibus Populis, amate Domine super omnes amores!*  
F

82 *B. Ray. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*  
*mores* ! In hoc quòd B. & D. dent majorem demonstrationem de A., quàm C. & E. secundum quòd supra probatum est, intelligit intellectus quòd A. amet B. & D., & non amet C. nec E.; quia si Misericordia amaret C. & E. & non amaret B. & D., amaret contra Justitiam; & si amaret contra Justitiam, esset contraria Justitiæ, & Justitia esset contraria Misericordiæ, quod si ita esset, tua Divina Substantia contineret qualitates contrarias & hoc est impossibile.

29. *Virtuose Domine* ! Sicut tua Sapiencia & tua Justitia concordant & conveniunt in ordinando prædestinationem, & liberam voluntatem, quam ordinationem potest facere tua Potestas & vult tua Voluntas, & sicut hanc ordinationem non potest humanus intellectus tantùm intelligere, quantum tuæ virtutes eam possunt ordinare, ita *Domine*, per contrarium sensum intellectus posset intelligere majorem misericordiam quàm sit tua, si tuum  
A.

A. plus amaret illas res , quæ illud non significant nec demonstrant tantum , quantum B. & D.: unde sicut oculi corporales non possunt videre totum splendorem Solis , ita oculi intellectûs non sufficiunt ad videndum omnes concordantias , in quibus concordant tuæ proprietates & virtutes ad invicem : igitur si A. amaret C. & non amaret B. tunc esset minùs visibile ab humano intellectu quàm claritas Solis à visu corporali ; & si hoc ita esset , creatura esset major quàm suus Creator , quod est impossibile.

30. Unde benedicta sit , *Domine DEVS* , tua dulcis Misericordia , per quam demonstratur humano intellectu necessariis rationibus tua gloriosa Incarnatio & passio , quæ demonstrant necessariis rationibus magnitudinem tuæ sanctæ Misericordiæ : igitur cum hoc ita sit , tuus servus genuflectit & osculatur terram & elevat suas manus & suos oculos ad Coelum amando , intelligendo & memorando tuum A. ,  
&

84 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
& dicendo : Gloria & laus , reveren-  
tia & honor fiat tuæ Misericordiæ ,  
quæ est mater & consolatio , spes &  
benedictio omnium qui eam invocant ,  
& in ea confidunt memorando & in-  
telligendo & amando tuam humanam  
Naturam , & tuam gloriosam Essenti-  
am Divinam.

### CAPUT CCCXXI.

*Quomodo homo oret & contempletur  
gloriosam Veritatem nostri Do-  
ni DEI.*

I. **O** *DEVS ! Qui es verus super  
a. omnem Veritatem , & potens  
super omnem potestatem. Qui vult o-  
rare & contemplari tuam gloriosam  
Veritatem , oportet , Domine , quod e-  
am sciat orare & contemplari sensua-  
liter & intellectualiter & per tertiam  
figuram orationis compositam ex pri-  
ma & secunda ; & quando homo or-  
dinaverit & direxerit omnes tres figu-  
ras,*

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXI. 85*  
ras, tunc oportet quòd oret & contem-  
pletur, laudet & benedicat tuam sanc-  
tam Veritatem in tua Divina Unita-  
te & Trinitate, & in tuis gloriosis  
Virtutibus.

2. *Honorate Domine!* Qui vult o-  
rare & contemplari tuam sanctam Ve-  
ritatem, oportet quod figuret figuras  
sensuales, per quas possit ascendere ad  
intellectuales cum quibus possit, & sciat  
& velit eam orare & contemplari: igitur  
cum hoc ita sit, propterea oportet,  
quòd homo figuret quatuor figuras,  
quarum quælibet habeat suam propri-  
am significationem ad significandum  
Veritatem: igitur prima figura est sim-  
plex & vera in omni quod significat,  
sed tres reliquæ sunt compositæ, &  
dant duplices & contrarias significatio-  
nes inter veritatem & falsitatem, quia  
uno modo dant demonstrationem de  
Veritate & alio de falsitate.

3. Unde qui vult habere cogni-  
tionem de his tribus figuris in quan-  
tùm significant Veritatem & falsita-  
tem,

86 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tem, sciat eas tentare & probare cum  
prima figura; quia in quantum con-  
cordant in natura & proprietate cum  
prima figura, sunt in Veritate, & in  
quantum discordant ab ea, sunt in  
falsitate; quoniam sicut in Logica ex  
duabus primis figuris sive propositio-  
nibus cognoscitur, an tertia contineat  
Veritatem vel falsitatem; ita per hanc  
primam figuram habet homo cogni-  
tionem de Veritate vel falsitate, quæ  
continetur in tribus figuris: igitur  
cum hoc ita sit, oportet, quod fi-  
guremus quatuor figuras.

4. b. *Magne Domine! qui es Sapien-  
tia super omnes Sapientias, & Vo-  
luntas super omnes voluntates.* Prima  
figura est Veritatis simplicis: unde po-  
nimus quod sit

*Prima Figura Veritatis.*

A. Veritas.

B. Memoria memorans A.

C. Intellectus intelligens A.

D. Voluntas amans A.

E. Significatio composita ex B.C.D.

in

in qua A. significetur & demonstretur memoriæ ad memorandum & intellectui ad intelligendum & voluntati ad amandum: unde qui ferventer virtuosè & manifestè vult orare & contemplari tuam sanctam Veritatem, *Domine*, oportet, quòd hanc figuram sensualem sciat cognoscere & figurare, ut per eam sciat figurare & cognoscere figuram intellectualem, per quam possit orare & contemplari tuam gloriosam Veritatem intellectualem.

5. Unde gloria & benedictio, *Domine DEUS*, sit tuæ gloriosæ Veritati, quæ creavit & ordinavit in anima hominis memoriam intellectum & voluntatem, ut memorando intelligendo & amando habeat cognitionem de creata veritate, per quam sciat cognoscere Veritatem Creatoris orando & contemplando eam cum vera memoria intellectu & voluntate.

6. Unde, cùm hoc ita sit, ponamus, *Domine*, quòd A. sit tua gloriosa Veritas, A. E. det significatio-

nem

nem & demonstrationem de ipso; sed quia A. est majus & melius sine omni comparatione quam B. & C. & D., propterea E. non potest significare & demonstrare A. tam magnum mirabile virtuosum in virtute & magnitudine, in qua ipsum A. est; sed quia A. dedit aliquam virtutem & proprietatem ipsi E. per quam possit ipsum significare & demonstrare, propterea tuus fervus vellet frui illa virtute & proprietate ad orandum & contemplandum tuam sanctam Veritatem secundum vim & virtutem, quam E. recipit per gratiam ab A. in B. & C. & D.

7. c. *Sanctificate Domine gloriose digne Gloria & honore!* In secunda figura dicimus & ponimus quod sit.

*Secunda Figura Veritatis.*

F. Memoria memorans A.

G. Intellectus intelligens A.

H. Voluntas non amans A.

I. Significatio composita ipsorum

F. G. H. de A.

unde



unde hæc figura est figurata sensua-  
liter, ut homo possit intellectualiter  
cognoscere quomodo I. per unum mo-  
dum det veram significationem de A.  
per alium modum det falsam signifi-  
cationem de ipso.

8. Nam quia F. & G. habent di-  
rectionem ad significandum A., & H.  
habet indirectionem ad significandum  
ipsum, eò quòd sit contrarium ipsis  
F. & G.; propterea, *Domine*, I. com-  
ponitur ex rebus contrariis, & ideò  
ex vera & falsa figura: unde prop-  
ter hoc I. per unum modum demon-  
strat A. & per alium habet contra-  
riam demonstrationem ipsius; nam si-  
cut speculum obliquum uno modo  
significat faciem hominis & alio mo-  
do est ei contrarium in hoc quod  
eam significet obliquam, ita I. in  
quantum recipit naturam ab F. & G.  
significat A., & in quantum recipit  
naturam ab H. dat falsam signifi-  
cationem de A.; quoniam in hoc quòd  
H. disamat id, quod F. memorat &  
G.

G. intelligit, I. non vult recipere significationes quas F. & G. dant de A., & vult alias significationes contrarias ipsis F. & G.; & in hoc quod I. recipiat ab F. & G., est contrarium significationibus quas H. amat: & propterea I. est accidentaliter compositum de rebus contrariis ad significandum A.

9. *Gloriose Domine!* Dum mens hominis stat perplexa, & non scit ad quam partem se inclinet scilicet an ad id, quod I. recipit ab F. & G. vel ad id, quod recipit ab H. tunc venit conscientia de potentia in actum; & si potentia rationalis sit domina sensitivæ, tunc conscientia adjuvat F. & G. contra H. & per hoc adiutorium H. convertitur in D., & I. convertitur in E. & revertitur significatio in naturam primæ figuræ, sed si contingat quod potentia sensitiva sit Domina rationalis, conscientia non venit virtuosè nec perfectè de potentia in actum; & ideò H. rema-

remanet in sua figura & I. in sua;  
& stat I. per unum modum falsò in  
secunda figura & per alium modum  
verè; igitur in hac figura multi ho-  
mines sunt directi vel errantes<sup>c</sup> qui-  
dam per modum rationis, & alii per  
modum fidei: unde quando homo,  
*Domine*, scit cum prima figura habe-  
re cognitionem de secunda, tunc orat  
& contemplatur per B. C. D. & E.

10. d. *Suavis Rex glorie! Cui sit  
reverentia & honor semper.* Tertia fi-  
gura est, quando homo ponit & di-  
cit quod sit.

*Tertia Figura Veritatis.*

K. Memoria obliviscens A.

L. Intellectus ignorans A.

M. Voluntas amans A.

N. Significatio composita ex K.

L. M.

Quod N. significat A. per unum mo-  
dum verè & per alium falsò.

11. Unde quando N. recipit na-  
turam ipsius M., tunc dirigitur ad  
verè significandum A., & quando re-  
cipit

93 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
cipit naturam ipsorum K. & L. tunc  
indirigitur & deviatur à significatio-  
ne ipsius A. , per quam inordinatio-  
nem falsò significat res contrarias ip-  
si A. ; unde sicut atomus quando  
continet plus de igne & aëre , mo-  
vetur sursum , & quando continet  
plus de aqua & terra , movetur de-  
orsum , ita , *Domine* , N. quando con-  
tinet plus de M. quàm de K. & L. ,  
plus significat A. quàm res contra-  
rias ipsi A. , & quando continet plus de  
K. & L. quàm de M. , tunc significat  
falsitatem & occultat Veritatem.

12. Unde benedictus sis , *Domine*  
*DEUS* , quia per istam figuram Vo-  
luntas amat casualiter A. , postquam  
memoria illud non memorat nec intel-  
lectus intelligit , & ideò per istam figu-  
ram casualiter formatur fides in M. ,  
eo quòd fides sit amare rem , quam  
anima credit per vim amoris , licet  
memoria eam non memoret nec in-  
tellectus eam intelligat ; unde quando  
M. per magnam animositatem & fer-

vorem

vorem crescit super K. & L., & N. continent in se plus de M. quàm de K. & L., tunc M. alteratur in D., & N. in E., & K. in B., & L. in C., & quando omnes istæ Literæ sunt alteratæ per istum modum, tunc homo orat & contemplatur tuam Veritatem per primam figuram; sed quando N. continent in se plus de K. & L. quam de M., si contingat quod A. ametur ab M., tunc homo orat & contemplatur tuam Veritatem per fidem; & si M. putet amare A. & amet oppositum ipsius, tunc orat & contemplatur tuam Veritatem habendo bonam intentionem ad id, quod amat credendo quòd A. sit hoc, quod voluntas amat.

13. e. *Æternæ DEUS, Pater cœlestis perfectè & immortalis! Quarta figura componitur ex tribus prædictis, quando dicimus & ponimus quòd sit.*

*Quarta Figura Veritatis.*

O. Compositum ex B. & K.

P. Compositum ex C. & L.

Q. Compositum ex D. & H.

R.

R. Significatio composita ex O. P. Q. quod R. oportebat per istum modum ponere & affirmare quando tres figuræ, ex quibus R. est compositum, fuerant affirmatæ & figuratæ, ut esset significatio quam O. & P. & Q. dant de A.

14. Unde, *Domine*, quando homo figuraverit R., tunc respiciat ipsum cum E., & videat R. de quibus figuris contineat in se plus similitudinis & naturæ vel de B. & C. & D., vel de K. & L. & H.; quia sicut infans recipit plus similitudinis à suo Patre quàm à sua matre, si Pater habeat fortio-rem & ordinatorem naturam quàm mater, ita si R. contineat in se plus de B. C. & D. quàm de K. L. & H., tunc poterit esse propinquius ipsi A., quàm opposito ipsius; & sicut infans recipit plus similitudinis à sua matre quàm à suo Patre, si sua mater sit magis complexionata & ordinata ad generandum, ita si R. sit propinquius & proximius in natura ipsis K. L. &

& H. quàm ipsis B. C. & D., tunc erit magis paratum & dispositum ad significandum contrarium ipsius A. & ad significandum falsitatem.

15. *Gloriose DEUS!* Quando R. significat A. in quarta figura, eo quòd recipiat & contineat de B. & C. & D., non est in adeò magna virtute & vi ad significandum ipsum A., sicut est E.; & hoc est quia R. continet in se res contrarias ipsis B. & C. & D.; quare non potest ita bene significare A. sicut illud significat E., quod non continet ullam rem contrariam ipsis B. & C. & D., & quando R. dat falsas demonstrationes de A. eò quod contineat id, quod recipit de K. & L. & H., tunc non est adeò contraria significatio ipsi A., sicut est ipsum I. & hoc est ratione compositionis in qua R. est cum B. & C. & D., quia I. est magis paratum & dispositum ad significandum falsitatem, cum non contineat de prima figura nisi duas litteras scilicet B. C., quàm R., quod omnes  
lit.

litteras primæ figuræ continet in se ipso. Unde cum hoc ita sit, quando homo, *Domine*, memorat & intelligit hanc figuram intentione orandi tuam Veritatem, tunc orat & contemplatur eam secundum quod R. continet de A. per E., & deficit in orando & contemplando tuam Veritatem secundum quod R. continet de I. & N.

16. f. *Amorose Domine plene gratiâ & benedictione!* Quia anima est substantia simplex simpliciter unita ex memoria intellectu & voluntate; quæ unio dicitur simplex respectu compositionis Corporis uniti ex quatuor Elementis uno modo diversis, & alio contrariis ad invicem: propterea memoria & intellectus & voluntas in prima figura simpliciter figurant E., quod dat significationem de A.; quam simplicitatem continet E. in se, eò quod concordanter sit unita ex B. & C. & D.: unde propter hoc E. habet virtutem nobilitatem & honorationem super I. & N. & R. quia semper verè significat



nificat A. sine ulla falsa significatione.

17. Ratio & causa quare E. est super omnes alias significationes, est, *Domine*, quia non est compositum ex rebus contrariis sed ex rebus diversis & concordantibus, scilicet ex B. & C. & D.; & ratio quare I. & N. & R. non habent nobilitatem ipsius E. in significando A. est, quia omnes tres figuræ sunt compositæ ex diversis & contrariis rebus; & quia continent in sua diversitate contrarietatem, non possunt habere simplicitatem ipsius E. non continentis contrarietatem; igitur sicut quatuor Elementa in vegetabilibus & In animalibus generant & corrumpunt formas, & sunt contraria ad invicem, ita, *Domine*, tres figuræ uno modo dant veram significationem de A., & alio modo dant falsam.

18. Qui vult intrare in inquisitionem Veritatis, oportet, *Domine*, quòd primò inquirat A. cum E., & si non

G

pos-

98 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
possit illud invenire cum E. , inquireat  
illud cum I. vel cum N. vel cum R.  
& si inveniatur A. in E. , non oportet  
de eo dubitare , imo oportet ; quòd  
intellectus statim affirmet id , quòd  
E. significat de A. ; & si inveniatur A.  
in aliqua trium sequentium figurarum ,  
oportet , quòd affirmet significatio-  
nem esse veram quousque eam pro-  
baverit & tentaverit in prima figura ;  
quia si in aliqua trium figurarum af-  
firmaret veritatem , posset decipi per  
falsas significationes , quæ in eis fal-  
sò demonstrantur , & per veras signi-  
ficationes , quæ in his tribus figuris  
sunt abscondita : igitur cum hoc ita  
fit , quando homo habet intentionem  
*Domine* , inquirendi tuam Veritatem  
hoc modo per necessarias rationes ,  
tunc sua intentio formatur & figura-  
tur in oratione & contemplatione  
quam habet per istam artem & mo-  
dum de tua Veritate divina.

19. g. *Misericors Domine super omnes  
misericordias ! sensualiter sentimus &  
intel-*

intellectualiter intelligimus, quod possibilitas & impossibilitas fortiùs significantur in prima figura, quàm in aliis tribus; quia in quantum in ea est plus concordantiæ & convenientiæ quàm in aliis, in tantum possibilitas & impossibilitas meliùs demonstrantur ipsi E. quàm ipsis I. & N. & R.; Quoniam sicut forma corrumpitur per inordinatum subjectum, ita significationes, quæ sunt in tribus figuris occultant veritatem, & falsò significant falsitatem in rebus quæ sunt possibles & impossibles.

20. Unde, cum hoc ita sit, *Domine*, sicut speculum rectum semper rectè demonstrat formam, ita E. rectè demonstrat A. memorando & intelligendo & volendo in ipso A. res quæ sunt in eo possibles & impossibles; sed sicut folium arboris ad omnem ventum se vertit, ita I. & M. & R. se vertunt ad omnes significationes, quæ verè vel falsò significant possibilitates & impossibilitates, quæ sunt in  
A.,

A., & propter hoc quandoque affirmant id esse possibile quod est impossibile; & per hunc modum intellectus est impeditus, quod non possit discurrere in his tribus figuris ad cognoscendum veraciter, quamnam res sit possibilis vel impossibilis in A.; & propterea intellectus ignorat A.

21. Unde cum ita sit, *Domine*, per hoc significatur & demonstratur humano intellectui, quod per corruptionem primi peccati, tres figuræ sint generatæ in hac misera vita mundana, quæ non essent, si peccatum non esset; quia per primam figuram anima ita esset directæ ad memorandum intelligendum & amandum A. quod E. non posset privari per I. nec per N. nec per R. quæ privant E. in humana mente, quando homo affirmat A. in impossibilitate, quæ est possibilitas, vel in possibilitate, quæ est impossibilitas: unde benedictus sis, *Domine DEVS*, quia quando homo habet cognitionem de omnibus istis

re-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXI.* 101  
rebus intentione cognoscendi A., tunc  
est paratus & directus ad orandum &  
contemplandum tuam gloriosam Ve-  
ritatem divinam.

22. *O vere gloriose DEUS! Qui be-  
nedicis quos vis.* Qui vult habere sci-  
entiam & sapientiam in aliqua re, o-  
portet, quod addiscat primam figu-  
ram; quia quando tres virtutes animæ  
concordant & conveniunt inter se,  
tunc E. est paratum & directum ad  
significandum homini id, quod qua-  
rit de A., quoniam sicut Argentarius  
habet dispositionem deducendi in ac-  
tum formas ex materia argenti, quæ  
in ea sunt potentialiter, & habet hanc  
dispositionem per B. & C. & D. in  
prima figura; ita, *Domine*, qui amat  
habere scientiam, sciat eam addisce-  
re per artem & regulam & modum  
primæ figuræ, per quam formæ sci-  
entiæ quæ sunt potentialiter in C. pos-  
sunt devenire in actum.

23. *Virtuose Domine!* Multi ho-  
mines sunt qui amant habere scien-  
tiam

102 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tiam per M. vel per I., & putant  
addiscere per tertiam vel quartam fi-  
guram; & quia tertia & quarta figu-  
ra sunt compositæ ex contrariis, ideò  
putant addiscere A. quod est in sci-  
entia; & non possunt illud addisce-  
re, eo quòd N. & R. habeant de-  
fectum ad demonstrandum actualiter  
formas potentiales, quæ sunt in sci-  
entia: unde tales, qui amant scien-  
tiam & non possunt eam habere, de-  
ficiunt per K. quod obliviscitur A.  
& deficient per L. quod ignorat A.  
in prima figura, & quia, quando a-  
mant addiscere, & non possunt, pu-  
tant se esse complexionatos de tam  
grosso ingenio quòd addiscere non  
possint, & per hoc attribuunt suæ na-  
turæ defectum, qui est in eis per ter-  
tiam & quartam figuram, quæ ipsis  
facit scientiam impossibilem, quæ ip-  
sis est possibilis per primam figu-  
ram.

24. *Divine Domine!* Multi homi-  
nes existunt in secunda & in tertia  
figu-

figura, qui amant & difamant scientiam; quia in quantum M. amat A. quod K. obliviscitur & L. ignorat, amat formas, quæ potentialiter sunt in scientia per quas A. demonstratur per E.; sed quia H. difamat instrumenta & artes, quas F. memorat & G. intelligit, & per quas formæ potentiales scientiæ veniunt in actum in E., propterea homines, qui amant scientiam per tertiam figuram, eam difamant per secundam, & cum voluntas ipsorum sit composita ex M. & H. ideò non possunt deducere de potentia in actum id, quod amant, donec se mutant ad primam figuram: igitur cum hoc ita sit, omnes amantes A. & scientes amare artem per quam possint illud cognoscere & habere, orant & contemplantur tuam gloriosam Veritatem.

25. i. *Humilis Domine, misericors plene Pietate & Gratia!* intellectualliter intelligimus, quòd prima figura sit subjecta ipsi A. quando demonstratur

104 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tratur per rationes necessarias, & ter-  
tia figura sit subjecta ipsi A., quan-  
do demonstratur per fidem & non  
per rationes necessarias: igitur, cum  
hoc ita sit, quidam Christiani per  
primam figuram habent cognitionem  
de tua gloriosa Trinitate cum neces-  
sariis rationibus, & alii cognitionem  
de ipsa per fidem: & quia Christia-  
ni non possunt demonstrare tuam  
Trinitatem per necessarias rationes  
nisi cum E., propterea, quando Infideles  
volunt habere cognitionem de  
ipsa per I. vel per N. vel per R.,  
Christiani illam non possunt demon-  
strare per necessarias rationes in figu-  
ris, in quibus Infideles volunt eam  
cognoscere, nam Infideles in nulla il-  
larum figurarum possunt habere cog-  
nitionem de ipsa tua sancta Trini-  
tate.

26. *Gloriose Domine!* Sicut in sen-  
sualibus vasis quædam res impediunt  
alias ne possint capi in eis, ita in in-  
tellectualibus vasis trium figurarum  
quæ-



quædam res intellectuales impediunt alias ne habeant cognitionem ipsius A.: Unde quia in E. potest capi plus de A. quam in I. & in N. & in R., eò quòd E. non fit ex contrariis rebus ex quibus sunt I. & N. & R.; propterea Christiani, qui toto E. indigent ad cognoscendum tuam Trinitatem, non possunt eam demonstrare per necessarias rationes, nisi cum E.; & ideò A. tuæ Trinitatis non potest demonstrari per rationes necessarias illis qui volunt eam cognoscere per I. vel per N. vel per R.; quia sicut homo indiget totâ suâ virtute ad elevandum magnum pondus, ita indiget toto E. ad cognoscendum A. tuæ Trinitatis.

27. Igitur quando infidelis qui est in N., & vult cognoscere A. tuæ Trinitatis, accipit de I. & de R., tunc habet impedimentum ad cognoscendum id quod vult scire; sed si ipse se mutaret, de N. ad E., tunc in E. posset scire & cognoscere A. quod  
non

106 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
non potest cognoscere in N. nec in  
I. nec in R.; & quia ipse errat in  
arte & modo, per quem A non po-  
test cognosci, attribuit ipsi A. id,  
quod non est in eo, & negat id,  
quod est in ipso: unde talis est sicut il-  
le, qui dicit quòd *esse* sit *non esse*,  
& *non esse* sit *esse*; igitur quando ho-  
mo, *Domine*, vult infideli demonst-  
trare A. per N. postquam ille non  
velit ipsum intelligere in E. tunc in-  
fidelis per hoc, quia continet de H.  
disamando tuam Trinitatem, non  
vult eam cognoscere, nisi per ratio-  
nes necessarias vel in secunda vel in  
quarta figura; & quoniam est impos-  
sibile hoc ipsi demonstrare, ideò A.  
est absconditum ipsis K. & L. & di-  
samatur ab H.: unde benedictus sis,  
*Domine DEUS*, quia quando homo  
scit cognoscere omnes predictas res  
intentione orandi & contemplandi  
tuam sanctam Trinitatem, tunc orat  
& contemplatur tuam virtuosam Ve-  
ritatem.

28. k. *O Domine! qui es complementum meorum amorum & consolatio meorum languorum.* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quod quidam Christiani orent & contemplantur per primam figuram tuam gloriosam Incarnationem, & alii eam orent & contemplantur per tertiam figuram: unde illi qui A. tuæ Incarnationis orant & contemplantur per E., habent majus meritum in sua oratione per unum modum, & illi qui A. orant & contemplantur per N. habent majus meritum per alium modum; quia quando B. & C. & D. orant & contemplantur tuam Incarnationem, tunc E. habet majorem abundantiam orationis & contemplationis per B. & C. & D. quàm N. habeat per solum M.; & per hunc modum E. est majus quàm N.; sed quia M. vult amare tuam Incarnationem, quam K. non potest memorare nec L. intelligere, propterea M. ipsius N. habet majus meritum in amando

108 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
mando quàm habeat D.; & B. &  
C. habent majus meritum quàm K.  
& L.

29. *Vere Domine!* Quando infideles disputant & contendunt cum Christianis, qui tuam Incarnationem orant & contemplantur in N., tunc petunt rationes necessarias & non volunt orare & contemplari A. tuæ Incarnationis in N.; & quia illi Christiani non sciunt nec possunt dare per N. rationes necessarias ad demonstrandum A., propterea infideles opinantur quòd A. non sit in tua Incarnatione; & quando infideles disputant cum Christianis qui A. tuæ Incarnationis vident cum E., tunc non volunt recipere rationes necessarias in E., eo quòd contineant de I. & N. & R.; & ideò sunt sicut homo cæcus, qui non potest recipere splendorem Solis; & sua voluntas alteratur contra A., & recipit formam ipsius H.; & sua memoria recipit formam ipsius K., & suus intellectus recipit for-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXI.* 109  
formam ipsius L., & opinantur quòd  
A. non sit in tua gloriosa Incarna-  
tione.

30. Unde benedicta & glorifica-  
ta, orata & contemplata sit, *Domine*  
*DEUS*, tua perfecta Veritas, quam  
oravimus & contemplati sumus per  
sensuales & intellectuales figuras; quia  
sicut *Philosophus in Libro de Cælo &*  
*Mundo* per figuras sensuales inquire-  
bat intellectuales, ita nos per figuras  
sensuales contemplamur tuam intel-  
lectualem Veritatem: & sicut homo  
per istas quatuor figuras habet cog-  
nitionem de tua Divina Veritate, ita  
per easdem potest habere cognitio-  
nem de veritate quæ est in Creatu-  
ris: igitur cum hoc ita sit, qui vult  
invenire cognoscere & amare Verita-  
tem, habeat cognitionem de prædic-  
tis quatuor figuris ad Laudem  
& Gloriam & reverentiam  
tuæ sanctæ gloriosæ  
Veritatis di-  
vinæ.

**CAPUT**

## CAPUT CCCXXXII.

*Quando homo oret & contempletur excellens Dominium nostri Domini DEI.*

1. **O** *DEUS* une singularis, Pater  
 a. **O** *omnium patrum & Domine omnium dominorum!* Qui vult orare & contemplari tuum sanctum gloriosum Dominium; convenit, *Domine*, quòd sciat figurare orationem & contemplationem sensualiter & intellectualliter, & quòd sciat conservare orationem sensualem & intellectualem in tertia figura orationis; & quando ordinaverit & direxerit omnes istas tres figuras, convenit, quòd oret tuum sanctum Dominium in tua gloriosa Unitate, & in tua sancta Trinitate & in tuis perfectis Virtutibus.

2. Et quando homo, *Domine*, ordinaverit & direxerit suas virtutes sensuales & intellectuales ad orandum  
 &

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVII. III*  
& contemplandum tuum sanctum Do-  
minium, convenit quòd homo eli-  
gat à extrahat aliquid à creaturis, quod  
dirigat ipsum ad orandum tuum sanc-  
tum Dominium; nam quando homo  
super principio vel creatione vel præ-  
destinatione vel recreatione vel aliqua  
alia re scit orare & contemplari tuum  
Dominium, tunc vivificat suam ani-  
mam ad habendum cognitionem &  
memorationem & amorem erga ip-  
sum; propterea, *Domine*, proponi-  
mus orare & contemplari tuum Do-  
minium per figuras sensuales & in-  
tellectuales & per prædestinationem;  
& hoc facimus, ut multum possimus  
memorare & intelligere & amare tuum  
Dominium; quia quò plus homo ip-  
sum memorat & intelligit & amat, eò  
plus illud orat & contemplatur.

3. Unde cum hoc ita sit, *Domine*,  
ut valde ferventer & devotè &  
honorificè possimus orare & contem-  
plari tuum Dominium, ideò ponimus  
& dicimus quòd sit.

A.

A. Divinium Dominum.

B. Significatio ipsius A.

C. Prædestinatio.

D. Significatio ipsius C.

E. Oratio & Contemplatio.

F. Divina Potestas

G. Divina Sapientia.

H. Divina Voluntas.

I. Divina Justitia.

K. Divina Misericordia.

L. Divina Perfectio.

M. Memoria & Intellectus & Voluntas contemplatoris, qui per hanc artem & modum proponit & vult orare & contemplari tuum honoratum Dominum, & vult dare cognitionem de prædestinatione, quæ per ignorantiam tot homines deviat & fatigat, qui possent habere directionem & quietem, si haberent cognitionem de prædestinatione secundum quod demonstratur & significatur per prædictas figuras.

4. b. *Splendens Lumen! Per quod resplendent & lucent omnia lumina.*

Qui



Qui vult orare & contemplari tuum sanctum Dominium, convenit quòd primò introducat B. in M.; qui introitus fit cum F. & G. & H. & K. & L.; quia omnes istæ Virtutes figurant memoriæ intellectui & voluntati B., quod eis significat & demonstrat excellentiam & nobilitatem ipsius A.: unde in quantum homo vult ponere B. in M. cum F. & G. & H. & I. & K. & L., in tantum M. recipit gratiam & benedictionem à B.; quod ei significat & demonstrat tuum A. ut anima hominis oret & contempletur tuum Dominium divinum.

5. Nam quando M., *Domine*, memorat intelligit & amat F., tunc B. adeò fortiter significat & demonstrat A. in F. & F. in A. quòd M. memoret intelligat & amet adeò magnum Dominium & adeò magnam potestatem, quòd ipsum se memoret & intelligat terminatum & finitum, quòd non possit sufficere ad orandum & contemplandum tantum Domini-

H

um

um & tantam Potestatem, quantum & quantam B. ei significat & demonstrat: unde propter hoc M. non potest memorare nec intelligere ullum Dominium nec ullam Potestatem esse super tuum Dominium & Potestatem; & tunc voluntas orat & contemplatur A. & F. amando ipsa ex tota Potestate ipsius M.

6. Quando M., *Domine*, cum F. oravit & contemplatum est A., & postea illud orat & contemplatur cum G., tunc crescit & multiplicatur M. ad recipiendum gratiam & benedictionem à B., ut oret & contempletur A.; quia adeò magna est virtus quam M. habet in memorando & intelligendo & amando tuam perfectam Sapientiam, & adeò magna est gratia, quam M. recipit, quia contemplatum est A. cum F., quòd tunc memoret intelligat & amet tantam Sapientiam in A., quòd B. demonstrando A. ipsi M. faciat M. memorare & intelligere, quòd non sit sufficiens

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXII.* 115  
ciens ad memorandum nec ad intelli-  
gendum totum A., per quam memo-  
rationem & intelligentiam, quam M.  
habet in se ipso, conatur quantum  
potest recipere quidquid potest reci-  
pere à B. memorando intelligendo &  
amando id, quod B. ei demonstrat  
de A. cum G.; quoniam sicut unus  
alteri homini sensualiter monstrat ali-  
quam rem cum digito, ita B. intel-  
lectualiter monstrat A. ipsi M. cum  
G.

7. c. *Mirabilis Domine! qui es dul-  
cedo super omnes dulcedines & valor  
super omnes valores.* Quando homo  
ponit B. in M. cum H., tunc M. re-  
cipit id quod B. cum H. significat ei  
de A.; & tunc memorat & intelli-  
git adeò magnum amorem, quòd non  
possit sufficere ad recipiendum totum  
id, quod B. cum H. significat ei de  
A.: quia quando M. memorat intel-  
ligit & amat id quod recipit à B. cum  
F. & G. & H. de A., tunc M. me-  
morat & intelligit quòd tu, *Domine,*  
ames

ames omne bonum & difames omne peccatum; & quò majora sunt bona, eò plus ea ames, & quò majora sunt mala, eò plus ea difames; & totum hoc significat B. ipsi M. cum F. & G., quòd in H. nulla alteratio nec ullum accidens possit esse, licet H. amet plus majus bonum & difamet plus majus peccatum; nam M. tantum recipit ab F. & G., quòd per hoc intelligat ipsum B. monstrans A. posse & scire & velle adeò multum & perfectè amare, quod Majoritas boni & mali non possit alterare ipsum H.

8. *Æterne Domine!* Quando homo ponit B. in M. cum I. tunc B. ipsi M. demonstrat A. cum I. in adeò magna perfectione Justitiæ, quod omnes creaturæ, quotquot sint, ab I. justè judicentur; & quando M. memorat & intelligit id, quod B. ei demonstravit de A. cum F. & G. & H., & id quod ei demonstravit cum I., tunc M. adeò plenè impletur de

co

eo quod B. ei demonstrat de A., quòd se memoret & intelligat non sufficere ad memorandum & intelligendum totum I., & propterea memorando intelligendo & amando conatur M. quantum potest recipere id, quod B. ei demonstrat de A. cum I.; & hoc facit, ut valde assiduè & ferventer possit orare & contemplari tuum virtuosum Dominium.

9. *Humilis Domine!* quando homo ponit B. in M. cum K. memorando intelligendo & amando ipsum K., tunc B. ipsi M. demonstrat A.: & quando M. memorat & intelligit id, quod B. ei demonstravit de A. cum F. & G. & H. & I., & quando M. memorat & intelligit id, quod B. illi demonstravit cum K. de A., tunc M. memorat & intelligit tantam Misericordiam in A., quod non possit eam memorare nec intelligere tantam, quantam B. posset significare de A., si esset creatura, quæ posset recipere totam significationem:

118 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
nem: igitur quando M., *Domine*,  
memorat intelligit & amat omnia ista,  
tunc orat & contemplatur tuum  
sanctum Dominium divinum.

10. d. *O liber Domine plene pietate  
& misericordiâ!* Quando homo ponit  
B. in M. cum L., tunc B. cum L.  
demonstrat A. ipsi M., & quando M.  
memorat & intelligit id, quod me-  
moravit & intellexit de ipso A. cum  
F. & G. & H. & I. & K., & memo-  
rat & intelligit id, quod B. cum L.  
ei demonstrat de ipso A., tunc M.  
recipit in suo memorare & intelli-  
gere & velle tantam gratiam à tua glo-  
riosa Perfectione, quod memoret A.  
perfecisse complevisse & beatificasse  
suum memorare & intelligere & vel-  
le; & propterea ipsum M. conatur  
quantum potest orare & contempla-  
ri A. ex omnibus viribus suarum vir-  
tutum potentialium & actualium.

11. Unde benedictus sis, *Domine  
DEUS*; quia sicut speculum repræ-  
sentat pulchræ Dominæ figuram suæ  
fa-

faciei, per quam representationem sensualem domina est occasionata ad memorandum intelligendum & amandum suam pulchritudinem, ita, *Domine*, M. est occasionatum ad memorandum & intelligendum & amandum tuum A., quando B. ei representat ipsum cum F. & G. & H. & I. & K. & L.: unde quando M. *Domine*, considerat id quod recipit de B. per prædictas figuras cum quibus ei significatur tuum A., tunc anima memorat intelligit & amat in tuo Dominio ad eò magnam potestatem & sapientiam & voluntatem & justitiam & misericordiam & perfectionem, quod voluntas ipsius M. non amet aliud Dominium nisi tuum, nec inmoret nec intelligat aliud esse dignum & conveniens nisi tuum, nec aliud esse par & æquale nec simile tuo in potestate sapientia, voluntate justitia misericordia & perfectione.

12. Unde dum M. isto modo orat & contemplatur tuum A., *Domine,*

120 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
*ne*, tunc tentat & probat an C. cum  
D. tantum possit ponere in se ipso  
de F. & G. & H. & I. & K. & L.  
quantum B. ponit de A. in M. cum  
F. & G. & H. & I. & K. & L., &  
hanc tentationem & probationem fa-  
cit M., ut possit memorare & in-  
telligere an E. sit ita nobile per D.  
sicut per B.; quia si D. impediatur E.  
ne possit habere adeò magnam vir-  
tutem per C., sicut per B. in ponen-  
do in M. ipsa F. & G. & H. & I. &  
K. & L., B. demonstrat ipsi M.,  
quòd D. aliquam falsam significatio-  
nem det de C., per quam E. non  
possit tantum multiplicari per D quan-  
tum multiplicatur per B.

13. *e. Domine! qui es complementum  
omnis boni, & perfectio mea fidei.* Dum  
B. significat A. ipsi M., D. signifi-  
cat C. eidem; & quando M. reci-  
pit ambas significationes, tunc me-  
morat & intelligit, quòd D. quan-  
tum ad nos impediatur B. à signifi-  
catione ipsius A.; & B. impediatur D. à  
signi-



significatione ipsius C.; & dum M. isto modo est impeditum, & non scit, ad quam significationem se inclinet & vertat, tunc recurrit ad F. ut cum eo se juret contra D., quod ei impedit B.; & quando M. est adjutum ab F., tunc B. & F. vincunt & superant D., per quam victoriam privant C. in memoria & intellectu ipsius M.

14. Et quando, *Domine*, isto modo D. est victum, M. memorat & intelligit G., quod reducit C. & D. in M. per necessarias rationes: unde quando M. memorat & intelligit F. & G. per B. æqualiter in A., tunc M. est impeditum & perplexum non sciens ad quid se inclinet & vertat, an ad B. vel ad C.; quia B. est contra C., & C. est contra B. in significatione quoad nos. & quælibet est contraria alteri per veram rationem necessariam: unde dum M. stat in ista perplexitate, memorat & intelligit tuam gloriosam Substantiam, & per memo-

122 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III,*  
memoriam & intelligentiam, quam ha-  
bet de ipsa & de B. & C. & F. & G.  
cadit in suam memoriam & intellec-  
tum demonstratio tuæ sanctæ virtuo-  
sæ Trinitatis, & tuæ sanctificatæ glo-  
riosæ Incarnationis.

15. Et Quando M., *Domine*, vi-  
det & percipit hanc significationem  
per necessarias rationes, tunc H. in-  
cipit memorare per quid demonstra-  
tio tuæ Trinitatis & Incarnationis ei  
clariùs demonstraretur; quoniam si F.  
est perfecta Potestas & G. perfecta Sa-  
pientia, & H. perfectus Amor in A.,  
necessarium est, quòd F. & G. signifi-  
cent ipsi M. diversitatem proprietatum  
in tua gloriosa Essentia, quæ diversi-  
tas sunt tres Personæ divinæ, quoniam  
si diversitas personarum non esset in tua  
Substantia, D. non possēt dare signi-  
ficationem per G. contra significatum  
quod B. dedit per F.: & quia B. &  
F. dant unam significationem, & D.  
& G. dant aliam, ideò M. percipit  
diversitatem proprietatum in tua Sub-  
stan-

tantia; & dum M. percipit hanc diversitatem, H. ei significat concordantiam & unionem ambarum diversarum proprietatum, per quam concordantiam & unionem percipit M. tertiam Personam: igitur quando M. recepit omnes istas significationes, tunc tua Incarnatio representatur ei, prout infra probabimus & dicemus.

16. f. *Honorate Domine! qui honoras tuos amatores.* Quando M. colligit omnes prædictas significationes, tunc retinet & servat eas in habitu, & postea se vertit ad colligendum & recipiendum plures significationes, ut melius possit sibi succurrere, & se defendere à D.; & propterea memorat & intelligit I. quod est contrarium ipsi D., & D. est contrarium ipsi I. secundum ipsum M.; quia dum M. intelligit D., non intelligit I.; & dum intelligit I., non intelligit D.: & quia M. non potest, nec audet negare I. ipsi B., nec audet negare D. ipsi G., propterea conatur quantum  
po-

124 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
potest, ut colligat & recipiat plures  
significationes quàm recepit, & ut  
non obliviscatur nec ignoret signi-  
ficationes receptas.

17. Dum M., *Domine*, est ita tur-  
batum & perplexum & nescit ad quam  
partem se inclinet & vertat an ad B.  
vel ad D., tunc recurrit ad K. &  
invenit B. quod significat illud in A.  
& quòd D. illud privet ab A.: un-  
de propter hoc M. non scit quid  
faciat, nec quodnam consilium capiat;  
& dum M. est ita impeditum & per-  
plexum, non audet affirmare nec dis-  
credere nec negare, & redit ad se  
ipsum memorans & intelligens suam  
fragilitatem & miseriam; & volun-  
tas credit quòd F. & G. & H. & I.  
& K. sint in A. secundum quod B.  
significat; & quòd D. sit in tali *esse*,  
quòd G. non habeat plus nec minus  
in A. quàm F. & H. & I. & K.:  
sed quòd M. non sciat illud *esse*, me-  
morare nec intelligere, eò quòd L.  
non sit perfectè in M. sicut est in  
A.

18. Dum

18. Dum voluntas ipsius M., *Domine*, per fidem credit & affirmat omnes istas res, ipsum M. memorat & intelligit ita esse, sicut voluntas credit; & dum M. facit suum posse in memorare intelligere & velle, tunc B. ei demonstrat L. in A. & per hoc L. concordat & dirigit ipsum M. in suo memorare intelligere & velle demonstrando principium & concordantiam ipsorum F. & G. & H. & I. & K. in A.: unde M. per istam concordantiam & significationem directum recipit ab A. per B. gratiam & benedictionem, per quam habet cognitionem ipsius C.

19. *g. Juste Domine in omnibus rebus!* Quando M. ponit intra se ipsum B. & F. & G. & H. & I. & K. & L. & ejicit à se ipso C. & D., tunc memorat & intelligit L. in A.; & quando M. redit & iterum ponit in se C. & D., tunc non potest intelligere L. in A. & quando M. stat isto modo, tunc aspicit quænam signifi-

fica-

ficatio sit fortior nobilior & melior, scilicet an illa quam B. dat de omnibus literis, vel illa, quam D. dat contra omnes ipsas; & quando M. memorat, quòd B. det, & D. auferat, tunc M. memorat quòd *esse* & perfectio & non *esse* & defectus conveniant & se respiciant, unde propter hoc M. memorat & intelligit multò dignius esse se inclinare ad affirmandum id, quod B. demonstrat per perfectionem, quàm id, quod D. negat per privationem perfectionis, & per *esse* in quo est defectus.

20. Dum M. vult discredere, *Domine*, ipsi D. & vult affirmare ipsi B. id quod per omnes literas significatum est de A., tunc incipit memorare & intelligere, quòd si neget & discredat D., credat & affirmet contra G. & attribuat ipsi G. privationem ipsius L.: & dum M. hoc memorat & intelligit, tunc incipiunt in eo figurari duæ significationes contrariæ quarum una est, quia D. significat per  
E.,

E., quòd dum A. & B. & F. & H. & I. & K. non habeant L. etiam G. non habeat ipsum L.: altera significatio est, quòd, dum D. non possit significare C. cum G., ipsum L. non sit in G.; & si L. non est in G., non sit in ulla aliarum literarum: unde dum M. stat inter has duas contrarias significationes, & per contrarietatem earum stat in valde magno periculo, tunc recurrit ad omnes literas, quæ sunt ab E. usque ad M., & petit ab eis gratiam benedictionem & adiutorium.


21. Unde, *Domine*, tunc venit F. cum Potestate & G. cum Sapientia & H. cum Amore & I. cum Justitia & K. cum Misericordia & L. cum Perfectione, & tam fortiter adjuvant M. quousque intelligat, quod F. possit tantum & H. amet tantum ipsum L. in G. per I. & K. quòd C. & D. non possint privare L. à G.; nam si hoc facerent, majus esset C. & D. *in non posse & velle*, quàm F. & H.: Et si hoc

128 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
hoc ita esset, tunc C. & D. & G. solæ  
essent DEUS, qui privaretur & ca-  
reret ipsis A. & F. & H. & I. & K.  
& L. : igitur cum hoc sit impossibi-  
le, per hanc impossibilitatem M. me-  
morat & intelligit actualem possibi-  
litatem, quæ est quòd DEUS sit per-  
fectus in Potestate Sapientia Volun-  
tate Justitia & Misericordia; & quan-  
do M. recepit hanc significationem,  
tunc est consolatum & adjutum &  
directum per B. & extractum ex pe-  
riculis & falsis significationibus, quas  
D. dedit de C. cognoscente ipso M.  
falsas significationes esse falsas & ve-  
ras esse veras quas D. dat de C.

22. h. *Potens Domine super omnes  
potestates!* Cum prædestinatio sit quæ-  
stio tam intricata, quòd homo vix  
possit resolvere eam & evitare labo-  
res, quos dat, ad melius declaran-  
dum & demonstrandum fragilitatem  
ipsius, ideò oportet quod adhuc fi-  
guremus aliam figuram, ut meliùs  
possit haberi cognitio de ipso C. &  
prop-



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXII.* 129  
propterea ponimus & dicimus quod  
hæc figura sit terra, quæ stat in medio  
firmamenti, & ponimus quod sit



- N.** Superficies in qua habitamus.
- O.** Superficies nobis opposita.
- P.** Possibilitas.
- Q.** Impossibilitas.
- R.** Locus superior.
- S.** Locus inferior.

**I**

**T.**

T. Motus

X. Ponderositas.

23. Unde quando homo, *Domine*, sensualiter figuraverit hanc figuram, oportet quòd intellectualiter eam ponat in M. est quando M. memorat & intelligit N., tunc intelligat P., quod ei significat X. in T. moveri ab R. ad S. & ab N. ad O. & quando M. memorat & intelligit O. & obliviscitur ipsius N., & pervertit R. in S. & S. in R., tunc invertitur tota figura in M., & Q. alteratur in P., & P. in Q.; & per hoc M. intelligit quod X. in T. moveatur ab O. ad N.; & dum M. isto modo invertit figuram & convertit alias literas in alias, tunc memorat & intelligit se ipsam alteratam & inversam, quin terra nec N. nec O. secundum veritatem sint mutata & alterata.

24. Et dum M., *Domine*, memorat & intelligit isto modo, tunc B. ei demonstrat A., & D. ei demonstrat C. & per hoc M. intelligit, quòd  
sicut

sicut ipsum recipit unam naturam ad intelligendum & memorandum quando memorat ab N. usque ad centrum figuræ, & aliam naturam recipit ad intelligendum & memorandum quando memorat à centro terræ usque ad O. ita recipit unam intelligentiam quando B. ei demonstrat A. per F. & G. & H. & I. & K. & L.; & aliam intelligentiam recipit ad intelligendum, quando per D. intelligit C. demonstratum per G.; & dum M. ita intelligit se ipsum, tunc percipit & cognoscit, quòd licet ipsa mutetur & alteretur ab una intelligentia in aliam, tamen C. non habeat potestatem privandi ab A. ipsum E. nec G. nec H. nec I. nec K. nec L. sicut alteratio ipsorum P. & Q. & R. & S. non privant nec alterant X. nec T. nec N. nec O.

251. *Cælestis Domine! qui es gloria omnium gloriarum & amor omnium amorum. Quem anmodum verbum & intellectus sibi invicem contrariantur, quan-*

132 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
quando verbum dicit res contrarias  
illis quas intellectus intelligit; ita B.  
& D. contrariantur, quando B. dat  
significationes contrarias ipsi C., &  
D. ipsi A.: unde sicut intellectus con-  
tinet in se plus veritatis quàm ver-  
bum, eo quòd verbum sit sensualitas,  
& intellectus sit intellectualitas;  
ita M. plus memorat & intelligit per  
B. quàm per D.; quia per D. non in-  
telligit nisi G. & C., & per B. in-  
telligit A. & F. & G. & H. & I. &  
K. & L.; & quia M. recipit plus gra-  
tiæ per B. quàm per D., propterea  
E. plus extenditur amplificatur &  
fortificatur ad orandum & contem-  
plandum per B. quàm per D.

26. *Gloriose Domine!* Quia expo-  
sitiō literalis est de natura sensualis,  
& expositio spiritualis de natura in-  
tellectuali, & quia id quod D. signifi-  
cat de C., accedit ad expositionem  
literalem, & id quod B. significat con-  
tra C., plus accedit ad expositionem  
spiritualem quàm ad literalem, & cum  
M.

M. in sua simplici natura sit res intellectualis, propterea, *Domine*, multò melius sine omni comparatione convenit B. cum M. quàm D.: igitur quando M. se memorat & intelligit per hunc modum, tunc memorat & intelligit se per B. habere majorem fruitionem in A. memorando intelligendo & amando, quàm per D., quod illud constringit & impedit in memorando intelligendo & amando A.

27. Unde sicut homo sapiens libentiùs accedit ad illos qui faciunt ei bonum, & fugit à laboribus qui ipsum tormentant, ita, *Domine*, M. ut possit esse bene fundatum & bene magnum in E., recurrit ad B. & fugit à D., quod minuit & debilitat ipsum E. quando M. se vertit ad D. & fugit à B.: unde propter hoc, *Domine*, qui est tuus servus & tuus contemplator per tuam gratiam ex toto suo posse debet facere quod M. oret & contempletur tuum gloriosum  
Do-

Dominium ex omnibus suis viribus memorando intelligendo & amando B. & obliviscendo D.

28. k. *DEUS une potens sapiens amorose!* Quia M. per D. memoravit & intellexit tuam sanctam unitatem esse in Trinitate Personarum, secundum quod jam probavimus, propterea M. recipit id, quod D. ei demonstrat cum C. de tua sancta gloriosa Trinitate; & quando M. cum hac intentione recepit D., tunc inquit in hoc quod D. ei significat de tua Trinitate, quænam sit illa Persona quæ assumpsit Carnem à gloriosa Virgine nostra Domina sancta **MARIA**: & quando M., *Domine*, memorat & intelligit, quòd solum G. det demonstrationem de C., & quòd F. & H. nullo modo significant C., dum M. memorat & intelligit F. & H. in A., tunc ipsum M. memorat & intelligit quòd sola sancta Persona Filii sit incarnata.

29. Nam in hoc, quod Filius significat-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXII. 135*  
nificetur per G., & Pater per F.,  
& Sanctus Spiritus per H., & in hoc  
quod solum G. significet E., intelli-  
git M. illam Personam significatam  
per G. esse Personam incarnatam, nam  
per hoc quòd Incarnatio sit ipsi M.  
adeò magna ratio in se multiplican-  
di E. pro amore Incarnationis, prop-  
terea M., licet D. ei significet C.,  
tamen non minuitur in E.: & hoc est  
propter magnum onus suæ obligatio-  
nis, in quam ipsum M. cecidit per  
Incarnationem.

30. Nam licet M., *Domine*, pos-  
set memorare & intelligere se esse præ-  
destinatum ad damnationem, per hoc  
non esset excusatum ut à se privaret  
E. per C.; & hoc est, *Domine*, ex  
causa magnæ rationis, quam habet  
orandi & contemplandi tuam glorio-  
sam Incarnationem spernendo vim  
prædestinationis: igitur quando M.  
isto modo memorat & intelligit, quòd  
Filius sit incarnatus, tunc E. orat &  
contemplatur Filium, qui per pro-  
prieta-

136 B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.  
prietatem & Sapientiam se incarna-  
vit; & orat & contemplatur Patrem,  
qui per Potestatem & sanctum Spi-  
ritum; qui per voluntatem fuerunt  
in Incarnatione, quam assumpsit Fi-  
lius in sua sancta Proprietate divi-  
na.

### CAPUT CCCXXXIII.

*Quomodo homo oret & contempletur  
sanctam gloriosam Humilita-  
tem nostri Domini  
DEI.*

**O** DEUS sapiens super omnes sa-  
pientias, O DEUS fortis super  
omnes potestates! Qui vult orare &  
contemplari tuam gloriosam Humili-  
tatem oportet, Domine, quòd eam  
sciat orare & contemplari per tres fi-  
guras orationis in tua simplici Uni-  
tate & Trinitate & in tuis gloriosis  
virtutibus; quia si homo oraret &  
contemplaretur in tua Unitate negan-  
do



do tuam Trinitatem, vel si oraret & contemplaretur in tua Trinitate negando tuam Unitatem, vel in una vel pluribus tuarum virtutum negando alias, quantum uno modo oraret & contemplaretur, tantum alio modo esset contrarius orationi & contemplationi.

2. *Honorate Domine amorose!* qui vult ardentem & ferventem orare & contemplari tuam benedictam Humilitatem, oportet quod faciat figuras sensuales, ut cum eis possit elevare memoriam intellectum & voluntatem ad figuras intellectuales; quoniam sicut homo cum figuris intellectualibus se dirigit ad sensuales, ita cum sensualibus se dirigit ad intellectuales.

3. Unde cum hoc ita sit, *Domine*, ponimus & dicimus quod sit

A. Divina Humilitas.

B. Afirmatio Humanitatis Christi.

C. Negatio Humanitatis Christi.

D. Significatio ipsius B.

E. Significatio ipsius C.

F. Me-

F. Memoria.

G. Intellectus.

H. Voluntas.

& quando homo figuraverit has figuras, tunc oportet quòd ponat D. & E. in F. & G. & H. ut videat & cognoscat an A. significetur in majori nobilitate & in majori virtute vel per B. vel per C.; & quæcunque literarum det majorem significationem de A., debet affirmari & alia negari.

4. b. *Æterne Domine sine fine & sine principio, perfecte in omni perfectione!* Intellectualiter intelligimus quòd sis super omnes Creaturas magnus potens sapiens amans justus misericors Dominus Magister & Benefactor, & quòd sine Te nulla creatura posset creari nec conservari, & quòd sola tua sancta Deitas sit infinita & incomprehensa; omnes verò aliæ res sint finitæ & intra certam quantitatem comprehensæ & terminatæ.

5. Igitur cum hoc ita sit, *Domine,*

*ne,*

*ne*, quando homo ponit A. in F. & G. & H., tunc F. memorat & G. intelligit, quòd A. se humiliet ad id quod est sub ipso dando creaturis gratiam & benedictionem & virtutem; & quantum ipsum A. se humiliat creaturis in creando ordinando benefaciendo & indulgendo eis, tantum potest F. memorare & G. intelligere & H. amare.

6. Igitur, *Domine*, qui vult intrare in inquisitionem tuæ magnæ glorioſæ Humilitatis, oportet quòd inquireat & petat à memoria & intellectu, quomodo dent demonstrationem de rebus altis & excellentibus & de rebus inferioribus vilibus & miscriis, ut possit cognoscere A., quod se humiliat de rebus altis & excellentibus ad res inferiores & viles, ad honorandum & regratiandum cum eis: Nam quantum F. potest memorare & intelligere res altas & nobiles inferiores viles & culpabiles, tantum F. & G. possunt percipere A.; quod de rebus

140 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpl. Vol. III.*  
bus altis se humiliat ad res fragiles &  
miseras; & in quantum illæ res sunt  
altiores vel inferiores, in tantum A.  
se potest magis humiliare ab altiori  
ad inferius; & H. potest eò plus a-  
mare ipsum A., quò plus A. se po-  
test humiliare.

7. c. *Domine firme immortalis & in-*  
*alterabilis! cui sit reverentia & honor*  
*semper.* Sensualiter sentimus & intel-  
lectualiter intelligimus nullam creatu-  
ram esse adeò imam & vilem, sicut  
homo peccator; quia homo potest  
esse magis imus per peccatum, quàm  
ulla alia creatura per creationem; eò  
quòd homo per peccatum possit ca-  
dere ab altiori statu in pejorem, quàm  
possit esse status ullius alterius rei:  
Igitur cùm tota humana species ce-  
cidisset in Adamo per peccatum ab  
altiori statu ad viliorem, propterea  
A. potest se tantum humiliare ad hu-  
manam speciem, quantum ista po-  
tuit cadere ab altiori ad statum ma-  
gis imum.

8. Unde

8. Unde quando F. & G. & H., *Domine*, fruuntur ipso A. cum B., tunc D. est contrarium ipsi E., eò quòd C. sit contra B., & quando F. & G. & H. cum B. sunt fruita ipso A., tunc se convertunt ad C., ut cum eo E. ipsa faciat frui A.; & quia E. est contra D. per B., quòd est contrarium ipsi C.; propterea F. & G. & H. non possunt frui ipso A. insimul cum D. & E.

9. Et propterea, *Domine*, F. memorando & G. intelligendo & H. amando respiciunt A. in B. & C.: & quia B. & C. sibi contrariantur, ideò F. memorat, & G. intelligit, quòd D. demonstret in B. majus A., quàm E. ipsum demonstret in C.; & propterea F. & G. affirmant B., & negant C., & H. amat B. & odit C.

10. d. *O Rex mei intellectus! Qui possides meam voluntatem.* Quando F. memorat A. infinitum æternum & increatum, tunc D. demonstrat per B. ipsi F., quòd A. sit infinitum æternum

142 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
num & increatum, eo quod Persona  
divina infinita æterna & increata sit  
incarnata in natura finita principiata  
& creata: & propterea F. memorat  
per id quod D. ei significat de B.,  
quod A. sit infinitum & æternum,  
quoniam conjunxit naturam Creato-  
ris infinitam & æternam cum creatu-  
ra finita & principiata.

11. Igitur cū hoc ita sit, quan-  
do F. memorat istud mirabile adeo  
magnum, quod res infinita æterna &  
increata se velit humiliare ad essen-  
dum unum cum natura finita princi-  
piata & creata, tunc memorat al-  
titudinem & excellentiam, de qua  
Natura Divina se humiliavit ad infe-  
rioritatem sive imitatem humanæ na-  
turæ, & tunc D. cum B. dat ipsi F.  
adeo magnam demonstrationem de  
A., quod F. memoret esse impos-  
sibile, se ullo alio modo posse tan-  
tum memorare in A., quantum B.  
cum D.

12. Et quando D. implevit totum  
F.

F. de A. cum B. , tunc F. est adeò illuminatum de A. , quòd nec lingua posset hoc dicere nec oculi videre nec aures audire: unde propter hoc, *Domine*, F. est totum plenum tua gratia & sicut vas quod est plenum aqua in fundo maris, orat & contemplatur memorando tuam sanctam gloriosam Humilitatem & sanctam & benedictam Incarnationem, quam F. memorat esse sibi oculum ad videndum magnitudinem & excellentiam tuæ virtuosæ & infinitæ Humilitatis, sine quo B. & F. non possent videre tuam benedictam & increatam Humilitatem.

*13. e. Virtuose Domine super omnem virtutem! Qui es dignus omni honoratione. Qui vult orare & contemplari tuam mirabilem Humilitatem, ponat B. in G. ut D. demonstret ipsi G. magnitudinem Humilitatis, quæ est in Te: nam sicut homo aperit suos oculos sensuales ad videndum, ita G. habet suos oculos intellectuales aper-*

144 B. Ray. *Lutbi Lib. Contēpl. Vol. III.*  
apertos ad videndum A., quando B.  
est in G. & recipit id, quod D. ei  
demonstrat de ipso A.

14. Nam quando ; *Domine*, G.  
intelligit tuam Potestatem Sapientiam  
Voluntatem & alias tuas Virtutes, &  
quando ipsum G. intelligit, quòd to-  
ta humana species fuerit corrupta per  
peccatum originale, & quòd Perso-  
na Filii fuerit incarnata & assumpse-  
rit ab humana specie sanctam Natu-  
ram puram, tunc D. demonstrat ipsi  
G. tantam humilitatem, quòd G. in-  
telligat se non sufficere ad intelligen-  
dum totum A., & intelligat se sine  
D. nullatenus posse habere adeò mag-  
nam cognitionem de ipso A., sicut  
habet per B.

15. *O Glorioso Domine!* dum G.  
isto modo fruitur A., tunc D. signi-  
ficat ipsi G., quòd tua sancta glorio-  
sa Humanitas se humiliaverit ad pau-  
pertatem, ad famem & sitim, ad la-  
bores & languores & ad gravem an-  
gustiosam mortem, ut humanum ge-  
nus



nus redimeretur à potestate Diaboli; & propter hoc intelligit G. quòd omnes Christiani simus valde multum obligati ad humiliandum nos ad labores & mortem, ut simus honoratores laudatores & servi tuæ gloriosæ Humanitatis, quæ humiliando se ipsam elevavit exaltavit recreavit & honoravit nos omnes: unde cum hoc ita sit, G. intelligendo omnes istas res & recipiendo id, quod D. ei demonstrat de B., conatur quantum potest orare & contemplari ipsum A.

16. f. *Alte Domine super omnes altitudines, vere Domine super omnes veritates!* Qui vult orare & contemplari A. cum H. ponat B. in H., ut amet id quod D. demonstrat de B.; nam quando B. demonstratur ipsi H. per amorem, tunc H. adeò amat A., quòd non posset illud plus amare; quoniam in quantum F. & G. fruuntur ipso A., in tantum obligatur H. ad amandum A., ut ipsum oret & contempletur.

K

17. Un-

17. Unde quia D. demonstrat ad eò magnum amorem per B., propterea H. tantum amat A., quantum B. est occasio ipsi D., ut per illud demonstretur A. in magna magnitudine ipsis F. & G.; & per hoc H. est occasionatum ad amandum A. ex omnibus suis viribus; & per vires ipsius H. conantur F. & G. ex omnibus suis viribus frui A.; & per magnum vigorem quo F. & G. conantur frui A.; ipsum H. quantum potest conatur frui A.: igitur, cum hoc ita sit, per hunc modum orationis & contemplationis F. memorat & G. intelligit, quòd per alium modum sine isto non possent ita bene esse occasio ipsi H., ut amaret A., nec H. sine B. posset esse tanta occasio ipsis F. & G. ut fruerentur A.

18. Unde dum F. & G. & H., *Domine*, sunt ita plena & comprehensa ab A., tunc concordant insimul esse contra superbiam & vanam gloriam; & propterea humiliant hominem

nem ad patientiam & abſtinentiam, ad continentiam & veritatem, ad fidelitatem & obedientiam & ad omnes alias Virtutes; nam tanta eſt gratia, quam recipiunt ab A. per B., quòd nulla ſuperbia nec ullum vitium poſſit contra F. & G. & H.; Quando ipſa bene concordant ad orandum contemplandum & fruendum tuâ ſanc- tâ Humiliate, quæ eſt fons & virtus omnium Humilitatum & omnium Be- titudinum.

19. g. *Domine! qui es Spes meorum amorum, & Potestas meorum Potesta- tam.* Dum F. & G. & H. fruuntur ipſo A. cum B., tunc F. memorat C., & H. vult tentare & probare, an cum C. & E. poſſit G. intelligere tan- tam humilitatem in Te, quantam in- telligit cum B. & D.; & propterea F. obliviscitur ipſas B., & H. vult tentare C., & ideò B. & D. exeunt ab ipſis F. & G. & H.; igitur dum B. & D. privantur in F. & G. & H., & dum C. & E. ſunt in F. & H. tunc  
G.

G. tentat an possit adeò nobiliter & excellenter videre A., sicut videt illud cum B. & D.

20. Unde dum intellectus tentat & probat se ipsum isto modo, tunc F. memorat, quòd tua divina Natura fit humilis per dare creationem & sustentationem creaturis, & memorat, quòd res infinita æterna & increata se humiliaverit ad recipiendum humanam naturam finitam & terminatam, & dum memoria memorat C. & obliviscitur B. intelligit G. se non habere tantam virtutem & tantam cognitionem de A. quantam habebat, quando F. memorabat B. & obliviscebatur C.; & hoc idem intelligit G. in F. & H.: quia F. non tantum memorat A. nec H. tantum amat illud, quantum memorabat & amabat, quando F. memorabat B. & obliviscebatur C.

21. Et quando G. fecit hanc tentationem, & habuit predictam cognitionem, tunc cognoscit quòd E.  
non

non possit per negationem dare tantam demonstrationem de A., quantum D. dat per affirmationem; & propterea G. se vertit ad F. & H., ut F. redeat ad memorandum B., & H. redeat ad amandum illud, ut omnes tres virtutes possint ferventiùs & ardentius orare & contemplari, laudare & honorare tuam sanctam Humilitatem & servire ei, quæ est consolatio spei, & perfectio voluntatis.

22. h. *Victor Domine omnium illorum, qui sunt contra tuam voluntatem.* Dum F. & G. & H. fruuntur ipso A. cum D., tunc F. & G. concordant ad tentandum an H. cum E. erit ita contrarium superbiæ, sicut est cum D.; & dum F. incipit à se ejicere ipsum D. per oblivionem, & G. incipit à se ejicere idem D. per ignorantiam ipsius B., tunc H. incipit amare C., & incipit ab illis exire B.; unde propter hoc H. incipit perdere amorem erga A., & incipit accendere ad amandum superbiam & vanam gloriam.

34. Nam

23. Nam sicut, *Domine*, homo eò plus caloris recipit, quò plus accedit ad ignem, & eò plus frigoris recipit, quò plus recedit ab igne, ita H. quò plus F. recedit per oblivionem & G. per ignorantiam à B., eò plus H. accedit ad amandum superbiam & vanam gloriam, & eò plus elongatur ab A.: unde dum F. & G. isto modo tentant H., F. memorat & G. intelligit se non habere tantam demonstrationem nec cognitionem de A., quantam habebant quando H. cum eis insimul fruebatur ipso A., & propterea F. revertitur ad memorandum & G. ad intelligendum A. cum B., ut H. ejiciat à se C., & revertatur ad amandum A. cum B.

24. *Iuste Domine!* dum tres virtutes fruuntur A. cum B., tunc G. & H. concordant ad tentandum an F. poterit tantam humilitatem memorare in Te cum B., quantam potest memorare cum C.; & dum G. & H. isto modo tentant F., tunc F. recipit

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIII.* 151  
pit tantam perfectionem ab A. per  
D., quantam E. potest recipere per  
C., & quando F. memorando recepit  
omne id, quod E. potest ei signifi-  
care de A. cum C., tunc D. dat ei  
majorem demonstrationem de A. cum  
B., quàm E. possit ei dare cum C.:  
igitur cum hoc ita sit per hanc ten-  
tationem intelligit G., quòd D. ha-  
beat majorem nobilitatem & mayo-  
rem virtutem ad demonstrandum A.  
cum B. quàm habeat E. ad demonf-  
trandum ipsum cum C.

25. i. *Rex Regum & Domine Domi-  
norum, digne omnibus laudibus!* Sen-  
sualiter sentimus & intellectualiter in-  
telligimus quædam contraria cogno-  
ci per alia; & idcò qui vult orare &  
contemplari, *Domine*, sciat dare to-  
tum F. ad memorandum, & totum  
G. ad intelligendum superbiam & va-  
nam gloriam, ut H. odiat id, quòd  
F. memorat & G. intelligit; & quan-  
do H. hoc modo odiet superbiam &  
vanam gloriam, tunc F. se vertit ad  
me-

152 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
memorandum & G. ad intelligendum  
A., ut H. in amoretur & impleatur  
ipso, & ut omnes tres virtutes orent  
& contemplantur A.

26. Unde dum tres virtutes, *Domine*,  
habent propositum laudandi & bene-  
dicendi tuam sanctam gloriosam Hu-  
militatem, convenit, quod F. memo-  
ret & G. intelligat per quam sig-  
nificationem melius eam possint ora-  
re & contemplari scilicet an per D.  
vel per E., quia si per D. possint me-  
lius percipere & cognoscere superbi-  
am quàm per E., tunc poterunt me-  
lius orare & contemplari ipsum A.  
per E. quàm per C., & si per E. me-  
lius possit F. memorare & G. meli-  
us intelligere & H. melius odire su-  
perbiam quàm per D., tunc pote-  
runt melius orare & contemplari ip-  
sum A. per C. quàm per B.

27. Unde gloria & benedictio sit,  
*Domine DEUS*, tuæ virtuosæ Humi-  
litati; nam quemadmodum homo pau-  
per miser & culpabilis habet audaci-  
am



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIII. 153*  
am accedendi ad Regem valde virtuosum & nobilem, quando memorat magnam humilitatem ipsius, & nisi eam memoraret non auderet ad ipsum accedere nec ab eo petere res sibi necessarias, ita D. demonstrat per B., quòd sicut Sol est totus in se purus splendor & pura lux, ita B. demonstret ipsum A. totum in humilitate pietate & misericordia: nam F. tantum non memorat nec G. tantum intelligit superbiam & vanam gloriam, quòd D. ullatenus demonstret ipsas esse in A. per B.; & tantum F. non memorat nec G. tantum intelligit humilitatem, quòd D. non demonstret totam illam in A. per B.; & hoc facit D., ut nos qui sumus creaturæ & culpabiles peccatores, simus audaces ad accedendum ad Te & ad petendum à Te gratias & dona, misericordiam & indulgentiam.

28. k. *O Domine! qui es adiutorium & consolatio, vis & confortatio nostrerum peccatorum.* Sicut mare demonstrat  
mul-

154 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
multitudinem aquæ, & firmamentum  
demonstrat magnitudinem corporis &  
velocitatem motûs, ita & adhuc mul-  
tò melius sine omni comparatione D.  
demonstrat magnam magnitudinem  
tuæ Humilitatis cum B.; quia F. &  
G. non adeò fruuntur ipso A., quòd  
possint frui tota humilitate tuæ Dei-  
tatis & tuæ Humanitatis; quia quis  
posset memorare & intelligere totam  
humiliationem, quam suscepit Perso-  
na Filii assumendo humanam carnem?  
& quis posset memorare & intellige-  
re totam humiliationem quam tua  
gloriosa Caro suscepit, quando se vo-  
luit tradere paupertati & laboribus &  
morti pro amore nostri?

29. *Gloriose DEUS!* quando F. me-  
morat & G. intelligit in tua Deitate  
omnes tuas Virtutes habere æqualem  
magnitudinem & æqualem virtutem,  
per hoc F. memorat & G. intelligit  
tuam Infinitatem Æternitatem Potes-  
tatem Sapientiam Voluntatem Per-  
fectionem & alias Virtutes; & post-  
quam

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIII. 155*  
quam E. & G. sunt fuita tuis Virtutibus, tunc fruuntur tua Humilitate, & attendunt & æstimant illa secundum quod significatur ipsius B. vel C. melius demonstrat, quod A. sit æquale in virtute nobilitate & magnitudine ipsis supra dictis Virtutibus: unde dum E. & G. ita attendunt & perpendunt, tunc venit D. & demonstrat & significat ipsum A. in majori nobilitate virtute & magnitudine, quam E. illud possit significare & demonstrare; & per hoc E. & G. memorat & intelligit quod quantum A. demonstratur in majori bonitate per D. quam per E., tantum B. affirmando demonstrat tuam Humilitatem esse æqualem aliis virtutibus in nobilitate, & C. negando neget & occultet magnitudinem & æqualitatem, quam tua Humilitas habet cum tuis Virtutibus.

30. Igitur cum hoc ita sit, *Domine,* tuus fervus in præsentia tui gloriosi Altaris, quod significat tuum gloriosum Corpus, osculatur terram, & ele-

156 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
elevat suas manus & suos oculos &  
suam mentem ad Cœlum memoran-  
do intelligendo volendo & dicendo:  
omnis reverentia & honor, omnis  
gloria & laus fiat & detur, *Domine*  
*DEUS*, tuæ sanctæ gloriosæ Humani-  
tati, quæ nostræ memoriæ est oculus,  
ut memoret, & nostro intellectui ut  
intelligat, & nostræ voluntati ut amet  
tuam excellentem mirabilem gratio-  
sam piam & virtuosam Humilitatem  
divinam.

## CAPUT CCCXXXIV.

*Quomodo homo oret & contempletur ex-  
cellentem & gloriosam Patien-  
tiam nostri Domini*  
*DEI.*

1. **D**EUS *patiens amorose! qui suc-*  
a. **D** *curris nostris tribulationibus &*  
*languoribus. Qui vult orare & contem-*  
*plari tuam sanctam gloriosam Patien-*  
*tiam, oportet quòd sciat formare sen-*  
*suali-*

sualiter & intellectualiter tres figuras orationis, ut perfectè oret & contempletur tuam Patientiam in tua Unitate & Trinitate & in tuis perfectis Virtutibus.

2. *Gloriose Domine!* quantò plus nos sumus peccatores culpabiles & inobedientes nostro glorioso DEO, tantò majus bonum & major consolatio est nobis peccatoribus tua excellens Patientia: igitur quia tua Patientia est adeò magna & nobilis & nos peccatores ipsà adeò indigemus, propterea valde obligamur ad orandum & contemplandum ipsam: unde, *Domine*, qui ardentè & ferventer vult orare & contemplari, laudare & honorare tuam perfectam & virtuosam Patientiam, oportet quòd faciat figuras sensuales, ut per eas possit ascendere ad intellectuales, per quas homo dirigatur in oratione & contemplatione.

3. Igitur cùm hoc ita sit, *Domine*, ponimus & dicimus quòd sit.

A.

A. Divina Patientia.

B. significatio ipsius A.

C. Affirmatio Divinæ Incarnationis.

D. Significatio ipsius C.

E. Negatio divinæ Incarnationis.

F. Significatio ipsius E.

G. Memoria & intellectus & voluntas.

H. Oratio & Contemplatio, quam homo habet erga tuam Patientiam; & quando homo, *Domine*, figuraverit hanc figuram sensualem, oportet, quòd ponat unam literam in aliam, ut possit habere talem intelligentiam memoriam & voluntatem, quòd possit esse dignus ad orandum precandum & contemplandum tuam Patientiam, quæ est fons & mater omnium Patientiarum.

4. b. *Æterne Domine! qui es prior omnibus principiis, & posterior omnibus finibus. Cùm tuæ Virtutes sint in Te infinitæ, oportuit in tali dispositione creari creaturas, quòd homo possit per ipsas habere cognitionem de tuis*  
is

is gloriosis Virtutibus; quia si tuæ Virtutes essent infinitæ, & homo non posset cognoscere ipsas esse infinitas, significaretur tuam Potestatem & Sapientiam & Voluntatem esse finitas, eò quòd tua Potestas non posset nec Sapientia sciret nec Voluntas vellet significare homini infinitatem illarum, & significarent finitatem & terminationem esse in Te, quæ nec in Te nec in ulla tuarum Virtutum esse potest.

5. Unde cum tua magna Patientia, *Domine*, sit in Te virtus infinita, per hoc significatur humano intellectui quòd tua gloriosa Potestas possit & tua magna Sapientia sciat, & tuus benignus Amor amet per tuam ordinationem hominem posse habere demonstrationem & significationem quòd tua Sapientia sit infinita: unde cum hoc ita sit, propterea oportet, quòd ponamus B. in G. cum D. & E. ad tentandum & probandum secundum quam harum literarum

160 *B. Ray. Lili Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tum B. demonstret majus & nobilius A. ipsi G., scilicet an secundum D. vel secundum F.; & si accidat quòd B. melius demonstret A cum C. quàm cum E., oportet quòd G. affirmet C. & neget E., & si B. melius demonstret A. cum E. quàm cum C., oportet quòd G. neget C. & affirmet E.; quia in quantum A. melius significabitur & demonstrabitur per unam literam quàm per aliam, in tantum H. crescet & multiplicabitur in fervore & devotione orando & contemplando tuam factam gloriosam Patientiam.

6. Nam si homo, *Domine*, haberet majorem devotionem & fervorem orandi & contemplandi tuam sanctam Patientiam cum litera quæ minùs eam significat & demonstrat ipsi G., tunc H. cresceret & multiplicaretur per minores significationes, & minueretur per majores quòd est impossibile; quia si esset possibile, significaretur quòd homines habentes  
mino-



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIV.* 161  
minorem cognitionem & minùs uten-  
tes ratione plùs orarent & contem-  
plarentur Te, quàm sapientiores in-  
telligentiores & virtuosiores; & si ita  
esset, homo esset melior per mino-  
rem virtutem, & pejor per majorem,  
quod est impossibile; quia si esset po-  
ssibile, significaretur quòd creatura  
esset melior suo Creatore.

7. c. *O Domine! qui intras in me-  
am voluntatem quando mea Sapientia  
Te intelligit.* Quando homo ponit B.  
in G. cum D., tunc G. memorat &  
intelligit naturam infinitam & æter-  
nam esse conjunctam cum natura fi-  
nita & creata; & quia hæc fuit tra-  
dita paupertati passioni & gravi an-  
gustiosæ morti, propterea G. memo-  
rat & intelligit magnitudinem ipsius  
A., & dum G. memorat & intelli-  
git magnitudinem ipsius A. per D.,  
voluntas conatur augere & multipli-  
care H. quantum G. potest memo-  
rare & intelligere ipsum A. cum  
C.

L

8. *Vir-*

8. *Virtuose Domine!* Dum B. demonstrat A. ipsi G., tunc G. memorat magnam patientiam quam habuit tua Humanitas in passione, & patientiam quam tua Deitas & tua Humanitas habebant in ploribus & doloribus, quos nostra Domina sancta MARIA Virgo gloriosa & Apostoli habuerunt in die tuæ sanctæ Passionis, & memorat & intelligit magnas pœnas & crudeles mortes quas beati Apostoli sustinuerunt pro tuo amore; & dum G. hoc ita memorat & intelligit de A. per D., tunc memorat & intelligit tantum de ipso, quòd non sit lingua quæ hoc posset dicere, nec oculi qui hoc possent videre, nec aures quæ hoc possent audire.

9. *Honorate Domine!* Dum G. recipit, quantum potest, B. cum D., tunc memorat & intelligit A. in hoc quòd B. ei demonstret magnam patientiam quam tu habes in inhonorationibus & vilipendiis & falsis opinionibus.

nionibus, quas Judæi & alii infideles habent contra tuam sanctam gloriosam Humanitatem, & in hoc quòd multi perversi Christiani peccatores parum honorent laudent & adorent tuum gloriosum Corpus & faciant ei parum reverentiæ & honoris quando est consecratum super Altare, & dum G. memorat & intelligit omnes istas res, tunc recipit B. tantam demonstrationem de A., quòd voluntas ipsius G. adeò velit & amet A., quòd ex omnibus suis viribus impellat memoriam ad memorandum & intellectum ad intelligendum, & cogat se ipsam ad amandum tuam sanctam virtuosam Patientiam: unde propter magnam vim, quam G. facit in suis tribus virtutibus, quælibet earum facit quantum potest, ut augeat & multiplicet H. ad orandum & contemplandum tuam beatam Patientiam.

10. d. *O Domine DEUS! Qui letificas tuos servos, quando amant tuas hono-*

164 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
*honorationes.* Dum G. recipit à B. tantum de A. cum D., quantum potest memorare intelligere & velle, tunc G. memorat & intelligit F., & tentat & probat suam memoriam intellectum & voluntatem an possint tantum recipere de A. cum F., quantum receperunt cum D. & dum G. obliviscitur & ignorat C., & memorat & intelligit E., tunc B. ei non dat adeò nobilem significationem de A., nec voluntas movet ipsum H. ad orandum & contemplandum A., & per hoc ipsum G. memorat & intelligit se non habere tantam virtutem in memorando intelligendo & amando A. cum E., quantam habebat quando memorabat intelligebat & amabat A. cum C.

11. Unde dum G. memorat & intelligit, *Domine*, isto modo, tunc memorat & intelligit, quòd sicut forma actualis demonstrat materiam, & forma potentialis eam occultat, ita C. demonstret A., & E. occultet ipsum;  
&

& sicut oculi sunt instrumentum quo videtur color, & cœcitas est instrumentum quo ignoratur color, ita C. fit instrumentum quo B. demonstrat A. ipsi G.; & E. fit instrumentum quo G. non potest memorare nec intelligere nec amare A., nec augere & multiplicare H. ad orandum & contemplandum ipsum A.

12. Dum G., *Domine*, se memorat & intelligit nobiliter & melius per C. quàm per E., tunc tentat suam memoriam an possit memorare & suum intellectum an possit intelligere utrum A. sit in sua nobilitate & magnitudine per suam Naturam Divinam vel per Humanam; & dum G. tentat suam memoriam & suum intellectum, tunc B. demonstrat memoriæ & intellectui, quòd divina Natura sit illa, quæ est Patientia quoad suam Naturam divinam, & in natura humana sit patientia, quæ ad eam pertinet: unde dum G. recipit de A. id, quod B. ei demonstrat, tunc memorat & intel-

166 *B. Ray. Lluli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
intelligit quòd A. jam esset antequam  
fuit C.; C. autem sit oculus per quem  
G. videt A. totum perfectum æter-  
num & infinitum.

13. c. *Domine! qui es requies & con-  
solatio meorum languorum.* Sensualiter  
sentimus & intellectualiter intelli-  
mus, quòd figura hominis meliùs  
conveniat in animali rationali quàm  
figura ipsius in pariete; & hoc est eò  
quòd subjectum & materia figuræ in  
pariete non ita bene conveniat cum  
figura ipsius, sicut convenit figura ho-  
minis in materia ex qua homo est  
compositus: igitur cùm hoc ita sit,  
propterea G. memorat & intelligit, fi-  
guram hominis in animali rationali  
meliùs demonstrare materiam, quæ  
cum ea convenit, quàm demonstret  
eam figura picta in pariete.

14. Unde dum G., *Domine*, con-  
siderat figuram in pariete & figuram  
in animali rationali, tunc memorat  
& intelligit, quòd sicut figura homi-  
nis in homine melius demonstrat su-  
um

um subjectum esse materiam compositam ex ossibus & carne & sanguine, quàm eam demonstret figura hominis in pariete, ita B. demonstret meliùs A. cum D., quàm cum F.; quia sicut figura hominis in homine demonstrat materiam hominis, ita B. cum C. demonstrat A.; & sicut figura hominis in pariete non demonstrat materiam hominis, ita E. non habet in se naturam, ut B. per eam demonstret A ipsi G.

15. *Iuste Domine!* sicut Domina amat multo plus suammet figuram, quam intellectus intelligit, quàm figuram suæ faciei quam visus videt in speculo; ita sine omni comparatione H. fortiùs augetur & multiplicatur per C. quàm per E.; quia sicut figura in speculo non demonstrat materiam Dominae, se aspicientis in speculo, ita G. quando intellectualiter considerat B. in E., non demonstrat A. in E.; quare G. non potest videre ipsum A. per contrarium ipsius

168 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
fius C. ; & quia intellectus intelligit  
quòd C. sit occasio augmentationis  
ipsius H., & E. sit occasio diminu-  
tionis ejusdem , propterea G. quod  
amat H. esse valde magnum in oran-  
do & contemplando A. , affirmat lau-  
dat & benedicit C. , & negat & ex-  
ulat E. à suo memorare intelligere &  
velle.

16. f. *Magne Domine super omnes  
magnitudines , Alte Domine super om-  
nes altitudines!* quia natura Volun-  
tatis est quòd sit major ardentior &  
potentior , quando amat id , quod  
memoria memorat & intellectus in-  
telligit , quàm quando odit id, quod  
memoria memorat & intellectus in-  
telligit ; propterea G. memorat & in-  
telligit , per quam literam sua volun-  
tas sit major in H., scilicet an per D.  
vel per F.

17. Unde dum G. , *Domine* , isto  
modo tentat suam voluntatem in H. ,  
tunc B. demonstrat A. cum D. ipsi  
G. memorando & intelligendo ; &  
quando



quando voluntas vult & concordat cum hoc quod G. memorat & intelligit, tunc est major quàm voluntas quæ disamat per F. id quod G. memorat & intelligit, per D.; quia natura voluntatis est quòd sit major in amando rem memoratam & intellectam, quàm in disamando rem memoratam & intellectam; quoniam voluntas non potest disamare rem memoratam & intellectam nisi intuitu alterius voluntatis, quæ amet res contrarias ipsi rei memoratæ & intellectæ; sed voluntas, quæ amat rem quam memoria memorat & intellectus intelligit, potest esse tota in re memorata & intellecta, quin actualiter disamet contrarium illius quod amat, & si hoc ita non esset, tunc voluntas posset tantum disamare suum contrarium *velle*, quantum potest amare *velle* sui Creatoris, & hoc est impossibile.

18. Unde quando G., *Domine*, memoravit & intellexit, quòd D. valde

de

170 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
de ferventer concordet voluntatem ad  
amandum id, quod G. memorat &  
intelligit in A per C. & quòd sua vo-  
luntas non habeat illam magnitudi-  
nem in disamando C. memoratum &  
intellectum, quando voluntas cum E.  
disamat ipsum C., tunc G. memorat  
& intelligit multò majus esse D. af-  
firmando C., quàm F. negando illud;  
& per hoc significatur humano intel-  
lectui, quòd C. sit vera affirmatio, &  
E. sit falsa negatio; quia si H. posset  
esse majus per negationem ipsius C.  
quam per affirmationem significaretur  
quod H. posset esse majus per disa-  
mare, quàm per amare, quod est im-  
possibile, secundum quòd supra pro-  
bavimus.

19. g. *O JESU Christe! qui es Domi-  
nus valde fortis & valde gloriosus. Sen-  
sualiter sentimus & intellectualiter in-  
telligimus, quòd in quantum B. de-  
monstrat A. ipsi G., in tantum G.  
sit occasionatum & admonitum quòd  
sit patiens, humile & plenum omni-  
bus*

*Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIU. 171*  
bus virtutibus; quia patientia quam  
creatura videt in suo Creatore, dat  
ei demonstrationem & intellectualiter  
mandat habere patientiam, eò quòd su-  
us Creator eam habeat; quia sicut pa-  
tientia demonstrata in Creatore sig-  
nificat nobilitatem Creatoris, ita pa-  
tientia in creatura demonstrat nobili-  
tatem Creatoris in ipsa creatura: un-  
de quia A. plus demonstratur ipsi G.  
per C. quàm per E.; propterea ipsum  
G. est magis occasionatum ad patien-  
tiam per C. quàm per E.

20. Unde cùm hoc ita sit, *Domine*,  
sicut piper est calidæ naturæ per  
hoc quod crescat in locis calidis in  
quibus Sol participat cum calore, ita  
totum G. impletur & completur pati-  
entià, quando B. ei representat A.  
cum C.; & sicut crystallum est fri-  
gidæ naturæ per hoc quod nascatur  
in locis frigidis per absentiam Solis,  
ita impatientia generatur in G. quan-  
do non memorat nec intelligit nec  
amat A.: quia sicut Camera tota im-  
pletur

172 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
pletur splendore per præsentiam Solis,  
ita tota memoria intellectus & volun-  
tas impletur per B. cum A. quando  
C. representatur ipsi G.; & sicut per  
absentiam Solis tota domus impletur  
tenebris ita totum G. est dispositum  
& paratum ad impatientiam, quando  
E. privat presentiam ipsius C. à G.

21 *Gloriose Domine!* quando B. cum  
C. demonstrat A. ipsi G., si contin-  
gat quòd impatientia velit intrare in  
G., tunc ipsum incipit memorare &  
intelligere magnam patientiam tuæ Dei-  
tatis & tuæ Humanitatis, & propter  
hoc voluntas se movet ad amandum  
patientiam: unde memoratio, quâ  
memoria memorat A., & intellectio  
quâ intellectus intelligit A., & amor  
quo voluntas amat A., prohibent &  
impediunt impatientiam ne intret in  
G.; sed quando E. facit ipsum G. obli-  
visci & ignorare A., quod memora-  
bat & intelligebat cum C., tunc ape-  
riuntur portæ per quas impatientia in-  
trat in ipsum G.

22. h.

22. h. *Mirabilis Domine super omnia mirabilia, gloriose Domine super omnes glorias!* Sicut major culpa & majus peccatum formatur in hominibus, qui peccant scienter, quàm in illis qui peccant & non putant peccare; ita major & pejor impatientia formatur in G., quod credit in C., quàm in G. quod credit in E.; nam quantò magis G., quod credit in C. est occasionatum ad resistendum impatientiæ; quàm G. quod credit in E., tanto major est impatientia, quæ privat patientiam à G. quod credit in C., quàm illa quæ privat patientiam à G. quod non credit in C.

23. Unde cum hoc ita sit, *Domine*, propterea G. quod credit C. habet majorem culpam quando est contrarium ipsi A., quàm G. quod est contra C.; & propterea quando G. quod credit in C., memorat & intelligit patientiam & impatientiam isto modo, tunc voluntas adeò amat patientiam.

174 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
patientiam & adeò fugit ab impati-  
entia, quòd ex tota sua potestate fa-  
ciat crescere & augeri H. ad orandum  
& cotemplandum A., ut ab eo re-  
cipiat gratiam & adiutorium contra  
impatientiam.

24. Igitur benediçta laudata &  
glorificata sit, *Domine DEUS*, tua sanc-  
ta gloriosa Patientia, quia dum H.  
illam prædicto modo orat & contem-  
platur, tunc B. cum C. demonstrat  
A. ipsi G., per quam demonstratio-  
nem G. memorat & intelligit tantam  
magnitudinem esse in A. quod non  
sit Rex nec ullus homo quantumcun-  
que honoratus, qui sit excusatus ab  
habendo patientiam, nam adeò mag-  
na est patientia quam G. memorat &  
intelligit in A. cum C., quòd omnis  
patientia, quàm homo habeat, ferè  
nihil sit in comparatione illius quam  
B. demonstrat de A. cum C., & i-  
deò quando G. isto modo contem-  
platur A., tunc mandat potentiaè sen-  
sitivæ, ut se moveat ad osculandum  
terram

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIV. 175*  
terram & ad elevandum manus & o-  
culos versus Coelum dicendo. gloria  
laus & benedictio sit Domine DE-  
US tuæ sanctæ gloriosæ Patientiæ.

25. i. *Honorate Domine in omnibus  
honorationibus patiens Domine in me-  
is defectibus!* Quando G. videt B. cum  
C., tunc B. adeò ei demonstrat A.,  
quòd ipsum G. memoret & intelli-  
gat patientiam, quam tua Humanitas  
habuit in die suæ mortis, fuisse  
majorem omni patientia quæ est  
in omnibus creaturis; quia quantum  
tua Humanitas fuit elevata in nobi-  
litate & virtute super omnes creatu-  
ras ratione conjunctionis, quæ fuit  
facta inter ipsam & tuam Deitatem,  
tantum patientia tuæ Humanitatis in  
die suæ mortis fuit major, quàm om-  
nes patientiæ, quæ sunt in aliis crea-  
turis.

26. Et quando G., *Domine*, me-  
morat & intelligit tuam sanctam hu-  
manam Patientiam prædicto modo,  
tunc formantur & figurantur suæ me-  
moræ

176 B. Ray. *Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
moriæ & suo intellectui duæ Patien-  
tiæ, quarum una est sensualis quam  
tuum gloriosum Corpus habuit in pœ-  
na langore dolore & morte, quam  
sustitnit pro amore nostrî; alia pati-  
entia est intellectualis, quam tua glo-  
riosa Anima habuit propter falsam o-  
pinionem & intentionem quam falsi  
Judei habebant contra tuam gloriosam  
Humanitatem, quæ mortua est ad re-  
dimendum nos peccatores à mortali  
inimico.

27. *Unde benediçta sit Domine DE-*  
*US.* Tua gloriosa Patientia; nam  
quia G. cum C. recipit à B. demon-  
strationem de A. in habendo patienti-  
am sensualem & intellectualem, prop-  
terea G. intellectualiter est occasiona-  
tum quòd formetur ex patientia sen-  
suali & intellectuali, quæ sit corpori  
ocasio sustinendi patienter: unde  
quando anima & corpus, *Domine,*  
sunt in patientia, per hoc ipsum G.  
est paratum & directum ad orandum  
& contemplandum tuam misericor-  
dem Patientiam.

28. k.



28. k. *Creator Domine, benefactor plene misericordia & indulgentiis!*  
Quando homo privat & ejicit C. à G., & ponit E. in G. tunc ponit E, & F. in H. & ejicit C. & D. ab H.: & propterea H. falsò figuratur in G. eò quòd est contra id, quod G. deberet memorare intelligere & velle de A.; unde quando G. non est ordinatum subjectum ipsi H. secundum istum modum, tunc H. non potest formari in G. in adeò nobili figura, sicut formatur H. in G., quod in se continet C. & D.

29. *Aeterne Domine!* quantò majorem demonstrationem G. recipit de A. cum C., quàm cum E., tantò plus D. appropinquat ipsi G. ad sperandum gratiam benedictionem misericordiam & remissionem ab A. quàm cum F.: unde cum G. faciat tot peccata memorando intelligendo & volendo; propterea quò plus G. fruitur A. per C., eò plus est directum ad confidendum & sperandum in

M

tua

tua patienti & gloriosa Misericordia, & quando patientia est fruita & contemplata cum spe, quam G. habet in tua patientia, tunc G. memorat, quòd non sit tantum occasionatum ad habendum spem, quando credit E., quantum est anima occasionata quæ memorat intelligit & amat C.

30. Unde benedicta sit, *Domine DEUS*, tua sancta gloriosa Patientia; quia sicut perfectio ipsius G. stat in C., quod est splendor, per quem videt ipsum A., ita homo videt defectum quem habet G. qui stat in E., quod est obscuritas & tenebræ, per quas G. non potest habere perfectam cognitionem de A.: unde, cum hoc ita sit, propterea perfectio & virtus, gratia & benedictio ipsius H. est C., quod dat demonstrationem ipsi G. de A., ut H. sit directum & ordinatum in directione & ordinatione ipsius G., quod orat & contemplatur cum  
C. tuam gloriosam Patientiam  
divinam.

CAPUT

CAPUT CCCXXXV.

*Quomodo homo oret & contempletur sanctum gloriosum Secretum nostri Domini DEI.*

1. **O** *DEUS incomprehense! què comprehendis omnes terminationes.* Qui vult orare & contemplari tuum sanctum gloriosum Secretum, oportet, *Domine*, quòd sciat formare & figurare sensualiter & intellectualiter tres figuras orationis, cum quibus oret & contempletur tuum sanctum virtuosum Secretum in tua sancta Unitate & in tua gloriosa Trinitate & in tuis perfectis Virtutibus.
2. Qui ardentè & declaratè vult orare & contemplari tuum sanctum gloriosum Secretum, oportet, *Domine*, quòd sciat figurare figuras sensuales, ut possit se vertere & mutare ad contemplandum ipsum cum figuris intellectualibus: igitur quia nos  
per

180. *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
per tuam gratiam & per tuum adjuto-  
rium proponimus orare & contem-  
plari tuum sanctum mirabile Secre-  
tum ex omnibus nostris viribus sen-  
sualibus & intellectualibus, ideo po-  
nimus & figuramus dicendo quòd sit

A. Divinum Secretum.

B. Divina Trinitas.

C. Humanitas Christi.

D. Prædestinatio.

E. Sapientia.

F. Potestas.

G. Voluntas.

H. Intellectus.

I. Vera Significatio.

K. Falsa Significatio.

L. Secretum Sensuale.

M. Secretum Intellectuale.

N. Facies Petri versa ad orientem.

O. Facies Petri versa ad occidentem

3. Unde, *Domine*, quando homo  
figuraverit has figuras, oportet eum  
ponere, quòd Petrus se aspiciat in  
speculo & sit versus ad orientem, &  
cùm L. sit speculum sensuale & M.

fit

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 181*  
fit speculum intellectuale, oportet  
quòd homo inquiret tuum gloriosum  
Secretum cum I. & K., ponendo has  
duas literas in aliis, ut M. demon-  
stretur ipsi H. per revelationem & sig-  
nificationem intellectûs, quam quæ-  
dam literæ faciunt in aliis.

4. b. *Excellent Domine alte honorate  
& gloriose!* Sensualiter sentimus & in-  
tellectualiter intelligimus, quòd quan-  
do Petrus se aspicit in speculo sen-  
suali, tunc M. significet ipsi H. duas  
significationes quarum una est I. &  
alia K.: & propterea H. intrat in L.;  
quia quando speculum demonstrat Pe-  
tro lineamenta suæ faciei, tunc H.  
percipit secreta sensualia per repræ-  
sentationem quam speculum facit vi-  
sui corporali de rebus sensualibus,  
quæ sunt secretæ ipsis oculis corpora-  
libus.

5. Nam quando Petrus se aspicit  
& est in N., tunc formatur in spe-  
culo O. quod est directè contrarium  
ipsi N., & propterea L. compositè

cx

182 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
ex I. & K. intrat in H.; per quem  
introitum ipsum H. intelligit, quòd  
L. intraverit & verè revelatum sit cum  
I. & N., & falsò intraverit cum K.  
& O., & dum H. omnes istas res in-  
tellexerit, tunc ei revelantur & de-  
monstrantur secreta in L. & M. per  
I. & K. & N. & O.

6. Unde quia est major conjunc-  
tio inter N. & superficiem sui sub-  
jecti, quàm inter N. & L.; propterea,  
*Domine*, N. habet fortiorem signifi-  
cationem in H. quàm O. quod est  
contra superficiem ipsius N.; eò quòd  
N. stet versùs orientem in superficie  
sui subjecti, & O. stet versùs occiden-  
tem in L.; & propterea H. credit ip-  
si N. & discredet ipsi O. intelligen-  
do & sciendo I. & K. esse contraria  
ad invicem super N. & O., ut in H.  
intrent L. & M., & ut H. sit directum  
& paratum ad orandum & contem-  
plandum A.

7. c. *Humilis Domine, honorate, ab  
omnibus Populis, Creator omnium crea-  
turarum!*

*turatum* ! Sicut speculum sensuale dat demonstrationem de rebus sensualibus ita prædestinatio est speculum intellectuale , quod dat demonstrationem intellectui de rebus intellectualibus; quia sicut speculum obliquum dat falsam demonstrationem per inordinationem, quam habet in se , ita quando intellectus hominis non est ordinatus nec directus ad recipiendam demonstrationem ipsius D. , tunc H. falsò figurat ipsum D. ; per quam falsam figuram occultatur ei Secretum prædestinationis.

8. Nam sicut N. & O. sibi invicem contrariantur & H. intelligit contrariam demonstrationem , quam N. dat , esse veram , & quam O. dat , esse falsam , ita , *Domine*, D. uno modo demonstrat veritatem & alio falsitatem ; & propterea H. multoties est impeditum ad habendam cognitionem de ipso D. per transfigurationem ipsorum I. & K. ; & intellectus quandoque putat I. esse K. ;  
&

184 *B. Ray, Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
& K. esse I.; unde per hanc trans-  
figurationem M. absconditum est ip-  
si H.

9. *Unde benedictus sis Domine DE-  
US!* Quia quando E. dat demon-  
strationem ipsi H. de D., & H. affir-  
mat & intelligit perfectionem in E.,  
tunc vera significatione & demon-  
stratione formatur D. in ipso H., &  
de vera demonstratione, quam H. ha-  
bet de D. per E., dat ipsum K. fal-  
sam demonstrationem eidem H. de  
D. opinante H., quod F. & G. non  
habeant tantam perfectionem in Te,  
*Domine*, quantam habet E.; & quia  
H. non audet affirmare in F. & H.  
ullum defectum, propterea K. occultat  
A. ipsi H., sicut occultat N. cum O.  
sed quemadmodum H. plus credit de-  
monstrationi ipsius N., quàm demon-  
strationi ipsius O., ita H. non vult  
recipere id quod K. ei significat per  
E. in D. de F. & G., & recipit id  
quod I. demonstrat de D. insimul  
cum E. & F. & G. æqualiter in vir-  
tute



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 185*  
tute in A.; & quando H. per I. scit  
D. cum E. & F. & G., tunc A. de-  
monstratur ipsi H., per quam demon-  
strationem H. orat & contemplatur  
tuum sanctum gloriosum Secretum.  
10. d. *Amorose Domine! Qui es per-  
fectio mea voluntatis & firmitas mea  
spei.* Qui vult percipere & cognos-  
cere M. de D., ut possit percipere  
& cognoscere A., oportet quòd diri-  
gat tali modo & arte ipsum H., ut  
I. possit formari ipsi H.; quia sicut  
in Geometria vel in musica vel in a-  
lia arte homo errat, si non sciat ser-  
vare modum; qui convenit secun-  
dum artem, sic errant homines nes-  
cientes in prædestinatione, quando  
non sciunt dirigere suum intellectum  
ad recipiendum veras significationes de  
ipsa; & per hanc indirectionem &  
deviationem intellectus, K. demonstrat  
ipsi H. falsò ipsum D., per quam fal-  
sam demonstrationem M. occultatur  
ipsi H.; & ideò H. non potest ha-  
bere cognitionem de A.

21. *Gloriose DEUS!* Quemadmodum ad formandum corpus sunt necessaria longum latum & profundum, & sine his tribus rebus nullum corpus potest recipere formam, ita prædeterminatione non potest de se ipsa dare demonstrationem intellectui, quin ipse habeat certam cognitionem de tua perfecta Potestate & Sapientia & Voluntate; nam sicut formæ potentiales non sufficiunt ad dandum demonstrationem de materia, ita, *Domine*, intellectus non sufficit per unam solum tuarum Virtutum ad habendum perfectam cognitionem de prædeterminatione; Quoniam si H. respicit D. per E., & I. ei non demonstrat F. & G. tunc K. dabit ipsi H. demonstrationem, quòd in F. & G. detur defectus in possendo & volendo justitiam. Et si H. respicit D. cum E. & G. sine E., tunc K. ei demonstrabit, quòd in E. detur defectus in sciendo justitiam.

12. Unde quia est impossibile, *Domine*,

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 187*  
*mine*, quòd in tua Sapièntia & Po-  
testate & Voluntate sit privatio ius-  
titiaè, propterea H. non vult credere  
I., quin ipsum I. sit formatum ex E.  
& F. & G.; Quoniam quàm primum  
H. non recipit I. per unam literarum  
vel per duas tantùm, non vult cre-  
dere, quòd K, non formetur falsò &  
non det falsam demonstrationem ipsi  
H. de D., quam I. non potest vin-  
cere nec destruere, donec formetur  
insimul ex E. & F. & G.; quod I. re-  
cipit formam per hoc quòd E. per-  
fectè sciat & F. possit & G. perfectè  
velit Iustitiam in D.; quia perfectio  
quam E. habet in D. non est major  
nec minor illâ perfectione quam F.  
& G. habent in D., quia omnes tres  
literæ habent æqualem virtutem &  
perfectionem insimul in omni quod  
faciunt.

*13. e. Juste Domine! pro quo tot o-  
culi plorant & tot corda sunt in a-  
more. Cùm ita sit, quòd nisi sustine-  
res, Domine, hominem in esse, om-  
nes*

nes reverteremur ad nihilum; & sustines eum in *esse*, ut recipiat gratiam & sustentationem à Te; propterea H. per naturam, quam homo habet de se ipso, reverteretur ad privationem, nisi eum sustineres, & per naturam gratiæ, quam recipit à Te, recipit uno tempore I., & alio K.; & ideò D. uno tempore demonstratur ipsi H. per I., & alio per K., quia sicut corpus compositum continet calorem per ignem & frigus per aquam, ita per benedictionem, quam H. recipit ab A., datur ei I. de D., & de eo quod H. continet de se ipso, datur ei K. de ipso D..

14. Unde quando H. fruitur illo, *Domine*, quod ipsi das, tunc I. ei demonstrat D.; & per hanc demonstrationem habet cognitionem de A., & quando H. utitur natura quam habet de se ipso scilicet suo defectu, tunc K. ei occultat D., per quam ignorantiam ignorat ipsum A.: igitur sicut homo peccat per suum defectum

fectum & non peccat per ullam perfectionem quæ sit in Te, *Domine*, ita H. quando non vult recipere I., & recipit K. in D., tunc recipit illam significationem per defectum quem habet in se ipso, & non recipit eam per ullam occasionem quam ei des: igitur sicut peccatum non est res naturalis nec propria, nec est aliquid secundum veritatem, ita id quod K. dat ipsi H. de D. non est res naturalis nec propria nec necessaria, quia sicut O. dat falsam significationem ipsi H., quando est contra N., & ipsum H. intelligit id quod O. significat non esse aliquid secundum veritatem, ita, *Domine*, H. quod recipit I. intelligit id, quod K. dat de D. per E. ipsi H. sine F. & G., non esse aliquid necessarium nec verum.

15. Unde benedictus sis *Domine DEUS!* Quia sicut finalis ratio, propter quam homo se aspicit in speculo, est videre dispositionem suæ faciei, & sua finalis ratio non est in hoc, quòd velit

190 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
velit scire per speculum ad quam  
partem vel rectitudinem sua facies sit  
versa, ita, *Domine*, finalis ratio prop-  
ter quam prædestinatio demonstrat  
tuam Sapientiam est, quòd illam de-  
monstret perfectam in se ipsa & in  
Potestate & Justitia & Voluntate, &  
non est in eo, ut demonstret Sapien-  
tiam Potestatem Voluntatem & Jus-  
tiam in Te habere defectum quem  
intelligeret H. per I. si E. sciret pri-  
vationem Potestatis Voluntatis & Jus-  
titiæ in Te, per quarum privatio-  
nem sciret E. in se ipso defectum, eò  
quòd non sciret in Te perfectionem  
justitiæ potestatis & voluntatis: igi-  
tur cum sit impossibile tuæ Sapientiæ  
scire se ipsam defectuosam in suo *sci-*  
*re*, & sciret defectum in tua Justitia  
Potestate & Voluntate, propterea H.  
intelligit perfectionem in quacunque  
tuarum Virtutum per quam habet cog-  
nitionem. de A.

16. f. *O Domine! qui salvas & custo-*  
*dis tuos amatores. Qui vult orare &*  
*contem-*

contemplari tuum sanctum gloriosum Secretum, sciat memorare & intelligere demonstrationem quam I. facit ipsi H. de B. quando demonstrat cum D. perfectum E., & K. demonstrat defectum cum D. in F. & G.; quod si non ita esset, I. non demonstraret manifestius D. cum E., quam cum F. & G., nec K. demonstraret cum D. defectum in F. & G., sed quia B. est, propterea I. ipsi H. demonstrat A., quod est secretum ipsius B., & hanc demonstrationem accipit H. in variatione quæ fit inter E. & F. & G. per demonstrationem quam facit D. in E. & F. & G.

17. Igitur cum hoc ita sit, *Domine*, propterea D. est speculum, quod representat B. ipsi H. per quam repræsentationem habet H. cognitionem de A., nam quia differentia proprietatum demonstratur in tua gloriosa Essentia divina, quando D. cum I. demonstrat perfectum E., & D. demonstrat cum K. defectuosum F. & G.,

192 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
G., ideo videtur B. per D.; quoniam si in tuis tribus proprietatibus non esset ulla differentia, & una harum proprietatum esset alia, D. daret talem demonstrationem ipsi H. de A. cum F. & G., qualem dedit cum E., quin K. posset significare ipsi H. ullum defectum ipsius F. nec G.; sed quia differentia demonstratur in demonstratione quam D. dedit de E. & F. & G. cum I. & K., propterea H. habet in certa scientia cognitionem de tua sancta gloriosa Trinitate.

18. *Vere Domine!* Sicut est contrarietas inter N. & O., ita I. & K. contrariantur in E. & F. & G. ipsi D., & sicut I. & N. concordant insimul, ita, *Domine*, I. & E. & F. & G. insimul concordant, & similiter K. & D. sunt contra F. & G.: Unde sicut H., intelligit, quod N. vere formet I. in M., ita intelligit, E. & F. & G. vere forment I. in intellectu; & sicut H. intelligit, quod O. falso forment K. in M., ita intelligit



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 193*  
ligit id quod D. & K. demonstrant  
contra I. & D., & F. & G. esse fal-  
sam demonstrationem; quoniam si es-  
set vera demonstratio, E. & F. & G.  
contrariarentur sibi invicem; & si hoc  
esset, essent in Te contrariæ Virtu-  
tes, quod est impossibile; per quam  
impossibilitatem I. demonstrat ipsi H.,  
quod non sint contrarietates, sed sint  
diversitates & differentiæ propieta-  
tum & personarum demonstratarum  
per D., per quam demonstrationem  
cognoscitur A. ipsius B., ut H. oret  
& contempletur ipsum A. in B. dum  
habet cognitionem de omnibus istis  
rebus.

19. g. *O Domine DEUS! Qui omnia  
bona possides & omnia bona dirigis.*  
Quando homo ponit B. in H. sine  
D., tunc I. demonstrat ipsi H. per-  
fectum E. & F. & G., quin H. con-  
sideret ullam contrarietatem nec ul-  
lam falsam significationem, quæ ei  
det demonstrationem de defectu in  
E. nec in F. nec in G.: & propterea  
N pri-

194 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
privatio ipsius D. in H. significat,  
quòd tua gloriosa Substantia sit una  
ex tribus diversis personis, quando  
D. est in H., & B. & E. & F. & G.;  
quia si proprietates diversæ non uni-  
rent unam simplicem substantiam, tunc  
ipsum H. non posset intelligere per-  
fectionem in E. & F. & G., quando  
D. est privatum in memoria & intel-  
lectu.

20. Unde quemadmodum, *Domine*,  
quando in H. est privata demon-  
stratio ipsius D., I. significat & de-  
monstrat ipsi H. tuam gloriosam Uni-  
tatem, ita D. demonstrat ipsi H. tu-  
am virtuosam Trinitatem, quando H.  
cum D. considerat diversitatem Per-  
sonarum significatarum per E. & F.  
& G. demonstrante I. eas perfectas,  
& K. demonstrante eas defectuosas:  
igitur quia H. per istum modum ha-  
bet cognitionem de tua Unitate &  
de tua Trinitate, per hoc cognoscit  
& intelligit, quòd D. sit per absen-  
tiam speculum tuæ Unitatis, & per  
præ-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV.* 195  
præsentiam sit speculum tuæ Trinitatis.

21. Unde cùm hoc ita sit, *Domine*, sicut Sol per præsentiam dat splendorem, ita quando D. se monstrat ipsi H. cum I. & K., & H. obedit ipsi I. & non ipsi K., tunc recipit cognitionem de A., quod est in B., & sicut absentia Solis dat tenebras, ita per contrarium sensum absentia ipsius D. dat demonstrationem ipsi H. de tua sancta Unitate Divina.

22. h. *O Domine! Qui justos premias, & peccatoribus parcis.* Ut melius possimus intelligere vim, quam prædestinatio habet per unum modum, & fragilitatem quam habet per alium, oportet quòd faciamus figuram sensualem, ut hoc melius per ipsam possimus considerare, & ideò ponimus quòd sit.

P. DEUS.

Q. Justitia.

R. Libera Voluntas.

S. Homo præscitus.

T.

T. Infernus.

V. Paradifus.

X. Peccatum.

Y. Bonum.

Igitur dicimus quòd quando H. intelligit E. in P., tunc I. ipfi H. demonfret D.; & quando H. intelligit Q. in P., tunc ipfi H. demonfret R.; & propterea K. demonftrat ipfi H. fuper S. contrarietatem inter E. & Q.; & I. demonftrat ipfi H. concordantiam dirverfarum proprietatum in P. per B.; & dum H. ftat in ifto impedimento, & non fcit ad quam partem fe inclinet an ad I. vel ad K., recurrit ad F. & ad G.

23. Et poftquam H. recurrit ad F. & G.; tunc I. ei demonftrat quòd tantum Q. fit in P. quantum E., & tantum E. quantum Q., & tantum F. & G. quantum Q. & E.; quia quælibet harum literarum eft infinita in P. & quando H. recepit hanc fignificationem, tunc I. ei fignificat, quòd D. & R. fint æqualiter in S.,

ra-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 197*  
ratione æqualitatis ipsorum E. & Q., quæ habent æqualem actionem in S. per F. quod hoc potest æquare; & per G. quod hoc vult, & propterea S. sentit in se tantum de X., quantum de Y. per æqualitatem ipsorum D. & R.: unde propter hoc S. facit X. quod concordat cum D. & cum R., & vadit ad T., ipso S. putante habere R. ad eundem ad V., quando velit & ad faciendum Y. quotiescunque velit; quam opinionem habet S. per K. quod ei occultat D. & E.; & V. ipsi H. demonstrat D. sine R.; & quando H. se vertit ad intelligendum I. sine D., tunc K. ei demonstrat R. & occultat D. & E.

24. Unde dum K. ita hoc falso significat ipsi H., tunc H. se vertit ad I.; & propterea I. ei demonstrat cum æqualitate ipsorum E. & F. & G. & Q. in P. æqualitatem ipsorum D. & R. in S.: Unde propter hoc S. prædestinatum liberè venit ad T. eò quòd

198 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
quòd Q. tantum possit & velit ius-  
tè per F. & G. in S., quantum E.  
potest & vult per ipsa sapienter: un-  
de quia I. dat omnes istas significa-  
tiones simul, propterea se demonstrat  
vere ipsi H.; & quia K. non addu-  
cit simul omnes significationes ipso-  
rum D. & R. sed eas demonstrat sin-  
gulariter occultando unum & demonst-  
rando aliud, propterea formatur in  
falsa demonstratione ipsi H.: unde  
quando H. intellexit demonstrationes  
ipforum I. & K., & vult affirmare  
I. & negare K., tunc K. iterum per  
aliud modum facit falsam demonst-  
rationem ipsi H. super S. significan-  
do quòd quando morietur, faciet Y.;  
ut habeat V., & quòd habebit V.  
per Q. & Y., & quando H. hoc mo-  
do est tentatum & probatum per K.,  
tunc I. iterum redit cum omnibus sig-  
nificationibus simul ad destruendum  
particulares significationes, quas K.  
dat; & propterea I. demonstrat ipsi H.,  
quòd si S., quod est prædestinatum  
ad

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 199*  
ad T. vellet usque ad mortem face-  
re bonum, & moreretur in illa vo-  
luntate, D. haberet majorem potes-  
tatem in ipso S. quàm R., & si il-  
lam haberet, non essent æqualiter  
in S., & si non essent æqualiter, Q.  
non haberet tantam virtutem in P.  
& F. & G. quantam habet E. quod  
est impossibile; per quam impossibi-  
litate H. cognoscit falsam demons-  
trationem, quam facit K. cum parti-  
cularibus demonstrationibus, & cog-  
noscit veram demonstrationem quam  
facit I. per communes & universa-  
les demonstrationes; & quando H.  
recepit hanc perfectionem, tunc A.  
est ei demonstratum per D. & R.; &  
per hanc demonstrationem, quam H.  
recepit, orat & contemplatur ipsa E.  
& F. & G. & Q., quæ cum D. & R. ipsi  
revelarunt A.; per quam revelationem  
cognoscit vim prædestinationis in E.,  
& fragilitatem ipsius in Q.

25. i. *Santificate Domine pie! à quo  
veniunt omnes benedictiones.* Quando  
ho-

200 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
homo ponit D. in H. cum E. & F.  
& G., tunc I. ipsi H. demonstrat  
C. quòd est A.; quando homo po-  
nit E. & F. & G. in H. sine D.;  
quia per hoc quòd D. ipsi H. det  
majorem demonstrationem de per-  
fectione in E. quàm in F. & G., &  
quòd E. & F. & G. habeant æqua-  
lem virtutem & perfectionem, D. de-  
monstrat ipsi H., quòd Persona sig-  
nificata per E. sit Persona Filii, quæ  
sola fuit incarnata; nam quantò me-  
lius E. accedit ad H. per D. quam  
F. & G. accedant per D., tantò ma-  
gis I. de necessitate demonstrat esse  
differentiam inter Personam signifi-  
catam per E., & Personam significatam  
per F. & Personam significatam per  
G.; per quam differentiam signifi-  
catam in tribus Personis significat D.,  
quòd E. melius cognoscatur per D.,  
quàm F. & G. cognoscantur per ipsum.  
26. Nam, si in tua Incarnatione,  
*Domine*, essent incarnatæ omnes tres  
Personæ, D. demonstraret ipsi H. a-  
dcò



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXV. 201*  
deò perfecta F. & G. sicut E., & K.  
non demonstraret E. in majori nobi-  
litate quàm F. & G.; unde E. plus  
appropinquat cognitioni ipsius H. per  
D., quàm appropinquent F. & G.;  
propterea I. demonstrat, quòd tua be-  
nedicta Filiatio assumpserit carnem ex  
nostra Domina sancta MARIA Virgi-  
ne gloriosa; Quoniam sicut N. meli-  
ùs intrat in H. quàm ipsum O., quia  
N. intrat cum I., & O. cum K.,  
ita E. meliùs intrat in H. per D., eò  
quòd Persona significata per E. sit in-  
carnata, quàm intrent F. & G.: igitur,  
sicut M. est speculum ipsius N.,  
ita D. est speculum ipsius C., per quod  
videtur A. ejusdem C.

27. Unde Benedictus sis *Domine DEUS!*  
quia sicut prædestinatio est res  
valde subtilis ad intelligendum & sci-  
endum, ita D. est speculum in quo  
videtur demonstratio rerum quæ sunt  
valde secretæ ipsi H.; & quia H. est  
creatum in humana specie, & D. in  
ipso multò clariùs ponit E. quàm F.  
&

202 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpl. Vol. III.*  
& G.; propterea I. demonstrat ipsi  
H., quòd sola Persona significata per  
E. sit incarnata in C.: Unde quando  
H. percipit A. ipsius C., tunc H. in  
ista perceptione habet hanc cognitio-  
nem; propterea H. cognoscit A. ip-  
sius C., & orat & contemplatur ip-  
sum A. in C. quod cognoscitur per  
D. & E., quæ A. & C. demonstrant  
ipsi H.

28. k. *O DEUS vere gloriose supre-  
me in omnibus bonis!* Sicut prædesti-  
natio est subjectum & speculum per  
quod probatur & demonstratur tua  
sancta Trinitas & gloriosa Incarna-  
tio, ita, Domine, secundum figuram  
Veritatis quæ continetur in Capite  
CCCXXI de Veritate potest homo  
demonstrare & probare prædestinatio-  
nem humano intellectui cum B. & C.,  
dummodo sciat artem & modum illius  
figuræ Veritatis, & hujus figuræ quæ  
continetur in presenti Capite.

29. *Honorate Domine!* Sicut de-  
monstratur & probatur B. & C. per  
D.,

D. , & sicut D. demonstratur & significatur ipsi H. per demonstrationem quam dat de B. & C. , ita, *Domine* , per eandem artem D. demonstrat & significat ipsi H. tuam gloriosam Unitatem, quæ ipsamet est ratio per quam D. significatur ipsi H.; & propterea oportet , quòd volens intrare in hanc artem & inquisitionem sciat se dirigere cum forma figuræ prius figuratæ cum rubeis literis , *cum quibus oportet , figurare in quadam tabula vel in papiro tales figuras ne obviscatur earum , & , ut quàm primum earum forte oblitus fuerit , recurrat ad eas , ut sciat illas literas quibus appropriavit nomina , per quæ ista ars determinatur.*

30. *Ordinator Domine!* Finalis ratio , quare ista ars , meliùs potest determinari per figuras sensuales quàm sine ipsis , est in hoc , quia natura intellectus est quòd meliùs possit intelligere per brevia verba , quæ ei sufficiant ad intelligendum , quàm per longa:

204 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
longa: unde sicut brevius dicitur una  
litera, quàm per verbum Incarnatio  
vel Trinitas, & sic de aliis rebus, ita  
intellectus quàm primum recepit per  
breve dictionem vel orationem, ci-  
tius se mutat ad intelligendum unam  
rem per aliam, & quando dictiones  
& orationes sunt longæ, intellectus  
non potest tam subito nec toties mu-  
tari intra certum terminum ab una  
re in aliam, sicut fit per breves dic-  
tiones & verba: igitur quia nos, *Do-  
mine*, per tuam gratiam venimus ad  
finem cognitionis ipsius prædestina-  
tionis per brevia verba, *propterea di-  
cimus & consulimus, illis, qui volunt  
habere cognitionem de ipsa, quod si-  
cut intellectus est valde impeditus ad  
intelligendum prædestinationem, ita det  
cognitionem ipsius suo intellectui per  
illam artem & modum quo intellectus  
facilius eam possit cognoscere ad  
laudem & gloriam sui glo-  
riose DEI.*

CAPUT

CAPUT CCCXXXVI.

*Quomodo homo oret & contempletur  
excellentem Virtutem nostri Do-  
mini DEI.*

I. **O** *DEUS* virtuose potens, in om-  
a. *nibus perfectionibus abundans!*  
Qui vult orare & contemplari tuam  
sanctam gloriosam Virtutem, oportet  
quòd sciat formare & figurare  
tres figuras orationis secundum quas  
tua sancta Virtus est digna orari &  
contemplari in tua gloriosa Unitate  
& in tua virtuosa Trinitate & in tuis  
perfectis Virtutibus.

2. Cùm tua excellens Virtus, *Do-  
mine*, sit adeò alta & mirabilis, prop-  
terea oportet quòd homo impendat  
omnes suas vires & virtutes sensuales  
& intellectuales ad orandum & con-  
templandum tuam gloriosam Virtu-  
tem: igitur qui vult benè & ferven-  
ter orare & contemplari ipsam, oportet

tet quòd figuret figuras sensuales, ut cum eis possit ascendere ad orandum & contemplandum tuam Virtutem: unde cum nos habeamus fervorem & amorem orandi & contemplandi ipsam, ideò ponimus figuramus & dicimus quòd sit

A. Divina Virtus.

B. Demonstratio ipsius A.

C. Trinitas.

D. Significatio ipsius C.

E. Incarnatio.

F. Demonstratio ipsius E.

G. Negatio ipsius C.

H. Significatio ipsius G.

I. Negatio ipsius E.

K. Demonstratio ipsius I.

L. Memoria.

M. Intellectus.

N. Voluntas.

O. Terminus Minor.

P. Terminus Major qui est in Q.

Q. Oratio.

R. Perfectio.

3. Et postquam homo, *Domine,*  
figu-

figuraverit has figuras sensuales, oportet quòd tentet & probet literas intrando & exeundo de una in aliam, & oportet quòd probet an Q. ascendat ad P. per D. & F. vel per H. & K. ad cognoscendum O. magis remotum ab R., & P. magis propinquum ipsi R., ut L. & M. & N. sint in P: per demonstrationem, quam B. facit de A.: Unde si contingat, quòd L. & M. & N. recipiant R. in P. per id, quod B. demonstrat de A. cum D. & F., tunc oportet, quòd homo affirmet C. & E., & quòd neget G. & I.; & si contingat quòd L. & M. & N. recipiant R. in P. per hoc, quod B. demonstrat de A. cum H. & K., tunc oportet quòd homo affirmet G. & I., & neget C. & E. ▸

4. b. *Nobilis Domine super omnes nobilitates, honorate Domine super omnes honorationes!* Intellectualiter intelligimus, quòd quando homo ponit Q. in D., tunc L. memoret  
in

208 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpl. Vol. III.*  
in P. ipsum A. de C. in tua Paternitate & Filiatione & Processione; & propterea Q. extenditur & multiplicatur tantum in P., quantum L. potest recipere à D. demonstrationem de A. & C.: Unde cum hoc ita sit & cum D. demonstret C., & B. demonstret ipsum A. infinite & æternaliter, propterea L. tantum memorat de A. in P., quòd nec lingua possit hoc dicere nec oculi videre nec aures audire.

5. *Gloriose Domine!* quando homo ponit Q. in L. cum H. tunc L. memorat A. in O., quia non memorat nisi tuam Unitatem tantum; quare nostra memoria non se complet & perficit tantum de A. per memorare, quantum se complebat & perficiebat in P.; & propterea Q. non est tam magnum & nobile in L., quando ipsum L. est in O., sicut quando est in P.; nam quando L. memorat in P.; tunc B. ei dat demonstrationem de A. in Unitate & Trinitate, & quando L. memorat in O., non  
me-



memorat nisi solam Unitatem ipsius A.

6. Unde cum ita sit, *Domine*, secundum hoc significatur & demonstratur humano intellectui, quod quando L. memorat in P. ipsum A., tunc fortius fruatur ipso A., quam quando memorat illud in O.: igitur quanto magis P. accedit ad R. quam O., tanto magis valet Q. in P., quam in O., quia Q., quod ponitur in P. per D., fruitur memorando A. Divinae Trinitatis & Unitatis, & Q., quod est in O., per H. non memorat nisi solam Unitatem Divinam: igitur cum hoc ita sit, propterea L. memorat per R., quod ista demonstratio, quae facta est de A. in P., sit vera in C., & negatio ipsius C. sit falsa; eò quod H. non possit ponere Q. in P. cum G.; & quando L. hoc scit memorare in P., tunc memorando ex tota sua potestate orat & contemplatur A.

7. C. *Honorator Domine tuorum servorum*

O

rum

210 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
*rum & tuorum amatorum!* Qui vult  
intelligere & scire, an D. vel H. sint  
in veritate, tentet & probet, an B.  
ipsi M. fortiùs demonstret A. cum D.  
vel cum H.; & cum quo inveniat Q.  
in P., oportet, quòd affirmet illud  
esse verum: unde cum intellectualiter  
intelligamus, quòd quando M. frui-  
tur ipso A. cum D., tunc intelligat  
tuam Unitatem & tuam Trinitatem,  
& quando M. non recipit D. & re-  
cipit H., non intelligat nisi solam  
Unitatem; propterea demonstratur  
ipsi M., quòd plus intelligat de A.  
per D., quàm per H.; nam plus in-  
telligentiæ est in homine, qui intel-  
ligit A. in Unitate & in Trinitate,  
quàm sit, quando intelligit A. in so-  
la Unitate; igitur cum hoc ita sit,  
tunc M. intelligit A. per D. in P.,  
quamvis non dicamus, quòd termi-  
nus sit in DEO: & quia M. per H.  
intelligit A. in O., idcò M. habet  
tantò meliorem intelligentiam per D.,  
quàm per H., quantò P. est propin-  
quiùs ipsi R. quàm O. 8. *Amo-*

8. *Amorose Domine!* Sicut humanus intellectus intelligit plus, quando intelligit Unitatem & Trinitatem substantiæ, quàm quando intelligit solam Unitatem, & ignorat Trinitatem in ipsa; ita M. recipit plus de A. per B., quando recipit D., quàm quando recipit H., quia sicut intellectus utitur virtute quando intelligit hominem esse unam substantiam ex tribus rebus compositam, ita M. quod fruitur A. cum D. intelligit in Te, *Domine*, virtutem Unitatis & Trinitatis; & sicut intellectus privatur tanta virtute de se ipso, quanta est virtus, quâ utitur quando intelligit hominem esse unam substantiam, & ignorat tres res ex quibus illa substantia est composita, ita M. quantum virtutem habet in cognoscendo tuam Unitatem, tanta privatur, quando non vult intelligere tuam Trinitatem.

9. Unde benedictus sis *Domine DEUS!* Quia sicut materia habet tantum

212 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tum defectum in se, quòd non pos-  
sit generare formam potentialem,  
quousque corrumpat formam actua-  
lem; ita M. quod cum H. contra-  
riatur alteri M. quod recipit D.,  
non potest sufficere ad cognoscendum  
virtutem tuæ Unitatis sine negatione,  
quam facit de C., propterea Q. non  
potest ascendere ab O. ad P.; sed  
sicut Angelus habet adeò nobilem &  
virtuosum intellectum quòd in eodem  
tempore intelligat in Te & in se ip-  
so illud bonum, quod tractat, ita  
M. quod recipit B. de A. cum D.  
potest intelligere tuam Unitatem,  
quin fateatur G., imo intelligit C.:  
unde cum hoc ita sit, per virtutem  
quam B. dat de A. ipsi M., quod in-  
telligit C., ipsum M. intelligit, quòd  
sit virtuosius per D., quàm per H.,  
& quòd Q. intret in R. & in P. per  
D., & elonget se per H.  
10. d. *O Domine! qui das desideria  
tuis contemplatoribus, quando vident  
tuos honores & tuas honorationes. Qui  
vult*

vult orare & contemplari tuam sanctam gloriosam virtutem, tentet & probet, an suam voluntatem possit plus implere per D. vel per H. de eò quòd B. demonstrat de ipso A., & si inveniatur quòd D. sit ratio & occasio per quam N. sit magis propinquum ipsi R. per D., quam per H., oportet quòd affirmet D. & neget H., ut Q. sit in P.; sed si inveniatur quòd H. sit ratio & occasio quòd N. sit in P., oportet quòd N. amet H., & odiat D.; & hoc oportet ita esse, quia N. est obligatum ad recipiendum de B. tantum, quantum A. dedit ipsi N. virtutem recipiendi id, quòd B. demonstrat de A.

II. *Virtuose Domine!* Quò plus L. potest memorare & M. intelligere A., eò plus N. potest amare illud; nam natura voluntatis est, quòd quantum memoria se extendit in memorando & intellectus in intelligendo, tantum se possit extendere & ampliare in amando: igitur sicut anima amat plus

plus suam virtutem, quando intelligit se habere virtutem essendi unam substantiam, & in se esse diversas & substantiales proprietates, quàm amet illam, quando intelligit solam suam Unitatem & ignorat suam Trinitatem, ita, *Domine*, N. potest plus amare A. per hoc, quòd B. de eò demonstrat cum D., quàm per hoc quod demonstrat cum H.; quia plus virtutis demonstratur, quando demonstratur unio proprietatum diversarum in substantia, & substantia in diversis proprietatibus substantialibus, quàm quando sola substantia demonstratur, & suæ diversæ proprietates & virtutes ignorantur.

12. Unde sicut voluntas est plus occasionata ad magis amandum duos denarios quàm unum, & ad plus amandum rem bonam & pulchram quàm malam & turpem, ita, *Domine*, N. quò melius B. cum D. demonstrat A. quàm illud demonstraret, si G. esset verum, & H. falsum,  
cò

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVI. 215*  
eò melius ascendit ab O. ad P., & accedit ad R. per D. quàm per H.: igitur cùm Tu creaveris voluntatem in homine ut multò ferventiùs Te amet oret & contempletur, per hoc significatur, quòd voluntas, quæ est plùs parata ad amandum, fit vera per D., & voluntas quæ ei est contraria per H. sit falsa & mendax; & si hoc non esset ita, *Domine*, significaretur, quòd minor voluntas frueretur plùs tuo A. quàm major; & si ita esset sequeretur, quòd minor virtus esset in P. & major in O. & quòd R. privaretur in illo, quod est impossibile.

13. e. *O Domine! Ad quem transmittito meam cogitationem, ut me faciat amare Te.* Quando homo cum F. ponit Q. in L., adeò fortiter cum B. demonstrat A. ipsi L., quòd L. in P. ita fortiter memoret A., quòd totum compleatur de R. quia adeò nobile & virtuosum est L., quando memorat A. per F.; quòd non posset

set plus misericordiæ humilitatis amoris gratiæ & potestatis memorare de A., quàm memoret memorando, quòd major virtus, quàm homo possit memorare de opere Creatoris in creatura, sit memorare tuam Incarnationem & gravem mortem, quam tua sancta Humanitas voluit sustinere amore nostris peccatorum.

14. *Amorose Domine!* Quando homo ponit Q. in L. cum K. ad tentandum & probandum, an L. possit tantum recipere de B. per K., quantum recipit per F., tunc L. potest memorare, an secundum F. vel K. plus, & perfectius memoret A.; quia K. non habet naturam nec proprietatem, quòd possit esse occasio ipsi L. habendi tantam memoracionem de humilitate misericordia & gratia ipsius A., quantum F. est occasio ipsi L. memorandi tuam magnam humilitatem misericordiam & gratiam.

15. *Honoratè Domine!* Quando L. invenit se non posse memorare in  
adco



adeò nobili dispositione cum K. sicut cum F., eò quòd non memoret de A. tantam misericordiam humilitatem gratiam & potestatem cum K., quantam cum F., tunc tentat iterum se ipsum, an possit ita fortiter memorare se ipsum habere tantam occasionem ad patientiam spem humilitatem & alias virtutes cum K. sicut cum F., & dum L. se memorat, probat & tentat hoc modo, tunc memorat, quod cum F. ponat Q. in P. & cum K. ponat Q. in O.; & quando memorat quod P. sit propinquius ipsi R. quàm O., per hoc memorat quòd Q. multò plus valeat in P., quàm in O. & quòd F. sit vera demonstratio contra I., & K. sit falsa demonstratio contra E.

16. f. *Singularis Domine! A quo recipiunt gratiam & benedictionem omnes creature.* Intellectualiter intelligimus, quòd M. intelligat se esse creatum ad intelligendum virtutem quam B. ei demonstrat de A.: Unde quando intellectus

tus

tus intelligit se esse obligatum ad cognoscendum id quod B. ei demonstrat de A., tunc intellectus tentat se ipsum, secundum quam demonstrationem vel ipsius F. vel ipsius K. melius possit intelligere A.; & propterea M. primò ponit Q. cum F. in se, ut videat an possit ponere Q. in P.; & quando posuit in se Q. cum F., tunc intelligit se esse in P., intelligendo tantam virtutem in tua humilitate misericordia pietate & potestate, quòd non sit, qui posset dicere nec imaginari totam virtutem ipsius A.

17. *Gloriose Domine!* Quando M. intellexit se totum plenum virtute, quam B. ei demonstrat de A. cum F., tunc M. tentat & probat an possit se adeò implere de virtute cum K., sicut cum F., & an possit cum K. ponere Q. in P., sicut illud posuit cum F.; & quando M. ponit Q. cum K. in se ipso, tunc non intelligit tantum A. quantum antea intelligebat cum F., & per hoc intelligit quòd  
K.

K. non habeat naturam nec proprietatem per quam B. adeò fortiter demonstret A. ipsi M. per K., sicut per F. & per hoc. M. intelligit multò majorem occasionem habere Q., ut sit in valde magno fervore orandi & contemplandi A. per F., quam habeat quando A. est occultum ipsi M. per K.

18. Et quando intellectus, *Domine*, tentavit & probavit se supradicto modo, tunc orat & contemplatur laudat & benedicit A. per demonstrationem quam B. ei dat cum F., & propterea M. affirmat E. & negat I. intelligendo quòd sicut fenestræ sunt in camera, ut per eas Sol possit demonstrare suum splendorem, ita E. sit, ut B. possit demonstrare ipsi M. cum F. magnam magnitudinem & excellentiam ipsius A., quam K. occultat ipsi M., quando non credit E.: unde quia intellectus est eò nobilior, quo plùs intelligit, & est nobilior per F. quam per K., propterea

220 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
terea Q. ipsius M. est nobilias &  
propinquius ipsi R.: per F. quam per  
K.: igitur per hoc demonstratur ipsi  
M. quòd F. sit vera demonstratio  
ipsius E., & K. sit falsa significatio  
ipsius I.

19. g. *O Domine! Qui es Secretum  
super omnia Secreta & demonstratio su-  
per omnes demonstrationes.* Qui vult o-  
rare & contemplari tuam gloriosam  
Virtutem sciat tentare & probare su-  
am voluntatem cum F. & K., ut sci-  
at cognoscere secundum quam lite-  
ram vel F. vel K. vel Q. possit as-  
cendere ad P.; & quando homo in  
N. ponit Q. cum F., tunc voluntas  
adeò amabit A. per demonstrationem,  
quam B. dat de A. cum E., ut N.  
adeò amet, quòd totam suam vim  
& virtutem potentialem deducat in  
actualitatem; nam tam magna est  
occafio quam N. habet fruendi ipso  
A., quòd tantum voluerit exaltare  
humanam naturam incarnando se in  
ea, quòd magna vis & occasio per  
quam

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVI. 121*  
quam N. est occasionatum, faciat totam potentialitatem voluntatis devenire in actum ad orandum & contemplandum A.; & quando voluntas se ipsam hoc modo tentavit & probavit cum F., tunc L. memorat & M. intelligit, quòd N. fruatur A. per F. in P. & in R. ex omnibus suis viribus.

20. Postquam N. cum F., *Domine*, elevavit Q. in P. & in R., tunc vult tentare & probare se ipsum, an cum K. possit elevare Q. in P. & in R.; & dum N. amat K. & est contra F. tunc non sentit se in illa devotione neque in tam magno fervore, in quo antea se sentiebat; & hoc est, quia B. ei non demonstrat tantum de A. quantum antea demonstrabat, eo quòd per K. non memoratur nec intelligatur gratia nec honoratio nec humilitas nec misericordia, quam Tu fecisti humanæ naturæ, secundum quòd memoratur & intelligitur per F.; propterea N. invenit

222 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
venit cum K. se non habere in se  
tantam virtutem actualiter, quantam  
habet in potentia; & quia N. per F.  
habet totam virtutem in actu, quam  
potest habere in potentia: ideo cum  
F. amat plus sine omni comparatio-  
ne quàm cum K.

21. Unde quando L. memorat &  
M. intelligit, *Domine*, quod tota vir-  
tus potentialis, quæ non potest ve-  
nire in actum, sit in vanum, & quod  
N. per F. possit habere totam suam  
virtutem potentialem in actu, & per  
K. non possit tantum habere quan-  
tum per F., propterea N. quod amat  
id quod L. memorat & intelligit, a-  
mat F. & odit K., eo quod sit plus  
occasionatum per F. quàm per K. ad  
amandum hoc, quod B. ei demonst-  
rat de A.; & propterea voluntas quan-  
tum potest amat E., quod est ei ra-  
tio orandi & ex omnibus suis viribus  
contemplandi id, quod B. demonst-  
rat de tua sancta gloriosa virtute.

22. h. *O Domine! Qui tuos servos*  
*ina-*

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVI. 223*  
*in amoras de tuis laudibus.* In quantum memoria potest plus memorare in hoc mundo tuam sanctam gloriosam virtutem, in tantum B. plus demonstrat ipsi L., quod in gloria recipiat gratiam & virtutem ab A., quia quò plus A. in hoc mundo memoratur, eò plus in gloria glorificabitur L., quod eam sic memorat.

23. Igitur cum L., *Domine*, fortius memoret A. per demonstrationem quam B. ei dat de A. cum D. & F., quam quando L. memorat A. cum H. & K.; per hoc, *Domine*, L. memorat, quod ipsum, dum in hoc mundo recipit B. cum D. & F., memoret multò plus sine omni comparatione in alio seculo ipsum A., quam L., quod recipit H. & K. contra C & E.

24. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia gloria & benedictio est parata beatæ animæ, quæ in hoc mundo memorat tuam virtutem in tua sancta gloriosa Trinitate & in tua humili & pia

224 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
pia Incarnatione; Quoniam sicut forma humana multò meliùs demonstrat subjectum rationalitatis quàm forma simpliæ, ita humanus intellectus potest meliùs percipere A. per L., quod memorat ipsum per D. & F., quàm illud recipiat per L., quod memorat A. per H. & K.; propterea cùm hoc ita in, maledicti sunt homines, qui obliviscuntur C. & E. odiendo D. & F., & amando H. & K.

25. i. *Mirabilis Domine! A quo recipiunt gratiam & benedictionem omnes Creature.* Intellectualiter intelligimus, quòd M. vehementiùs tentetur & probetur per D. & F. quàm per H. & K.; quia adeò magna & mirabilis res est A., quod B. demonstrat cum C. & E. ipsi M., quod intellectus vix possit sufficere ad recipiendum demonstrationem, quam B. ei dat de A. in C. & E.: igitur in quantum demonstratio est magna & in quantum M. est fragile in comparatione ipsorum C. & E., in tantum M. fortiùs ten-



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVI. 225*  
tentatur per H. & K., & in quantum M. stat fortiùs contra G. & I. in tantum habet majus meritum quando recipit D. & F.

26. Nam sicut fortis pugnator dignus est eò majori præmio, quanto fortiùs pugnat & majori periculo se exponit ea intentione ut vincat fortes vires adversarii, ita, *Domine*, quò M. fortiùs pugnat ad intelligendum & sciendum res valde obscuras graves & subtiles, eò plùs est dignum quòd B. ei det præmium demonstrando ei valdè clarè & perfectè ipsum A.: igitur cum hoc ita sit, & H. & K. non adeò tentent & mortificent M. ad intelligendum G. & I., sicut D. & F. tentant & mortificant M. ad intelligendum C. & E.; propterea M. quod se inclinatur ad H. & K. non est dignum habere æquale nec simile meritum, sicut M. quod se inclinatur & fortificatur ad recipiendum D. & F.

27. *Juste Domine!* Si M., quod minus

P

226 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
nūs tentatur quàm M. quod est plūs  
occasionatum ad tentationem haberet  
ab, A. majus donum & præminn, B.  
demonstraret privationem ipsius R. in  
A.; nam quantò magis M. impug-  
natur à tentationibus, tantò est pro-  
pinquius ipsi R. & meliùs ascendit  
ad P., quando vincit pugnam; & ni-  
si ~~ab A. reciperet majus~~ donum &  
præmium ipsum M., quod est tenta-  
tum & vincit, quàm M. quod non  
est tentatum nec vincit, sequeretur,  
*Domine*, quod B. demonstraret de-  
fectum virtutis Justitiæ & Misericor-  
diæ in Te, & hoc est impossibile,  
quem defectum demonstraret, si A.  
non daret meritum illi M. quòd pro  
eo pugnat, & si misericorditer non  
juvaret illud ad vincendum suas ten-  
tationes.

28. k. *O Domine! Qui es conforta-  
tio solatium & consolatio omnium qui  
Te valde amant.* Intellectualiter intel-  
ligimus, quòd N. multiplicetur in ha-  
bendo majorem fervorem & animo-  
sitate

sitatem ad amandum ipsum A. quò plus B. demonstrat A.: unde cùm jam probaverimus, quòd B. cum C. & E. perfectiùs demonstrat A., quod non posset demonstrare sine D. & F., & hoc faciat, quia anima hominis non posset tantum recipere de B. cum G. & I. quantum cum C. & E.; propterea N. quòd cum D. & F. recipit hoc, quod B. ei demonstrat de A. est ferventius & ardentius ad amandum A., quàm N. quod non amat C. nec E., & amat H. & K.; & propterea N. quod amat A. cum C. & E. amat in P. & in R.; & N., quod amat A. in H. & K., amat in O. & privatur R. in illo.

29. Unde cùm hoc ita sit, *Domine*, propterea Q. ipsius N., quod stat in P. & R., est multò majus in virtute & nobilitate quàm Q., quod cum H. & K. non potest ascendere de O. ad P.; & quantò majus & nobilius est tantò plus virtutis continet in se; & quantò plus virtutis habet in se, tantò

tantò plus recipit & potest recipere ab A., quàm recipiat N., quod habet minus virtutis; & si hoc ita non esset, sed ejus oppositum, significaretur, quòd quò minus esset N. eò majorem virtutem reciperet ad A.; quòd si ita esset, sequeretur N. in animali irrationali habere majorem virtutem quàm in animali rationali, quod est impossibile; quia si esset, B. posset demonstrare defectum in A., quod est valde impossibile.

30. *Virtuose Domine!* Sicut Luna per singularitatem & quantitatem meliùs accedit ad Solem in similitudine quàm ulla stellarum, & sicut stagnum in quantitate meliùs assimilatur mari, quam fons; ita, quantò anima habet majorem virtutem in memorando intelligendo & volendo actualiter, tantò magis accedit ad virtutem ipsius A., quàm anima quæ habet majorem virtutem in potentia quàm in actu in suo memorare intelligere & velle; & sicut per occasionem & causam

virtus

*Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVII. 229*  
virtus meliùs venit de potentia in ac-  
tum quàm per casum, ita sine omni  
comparatione anima plus fruitur tua  
sancta gloriosa Virtute memorando  
intelligendo & volendo eam per C.  
& D. & E. & F., quàm per G. & H.  
& I. & K.: igitur cùm hoc ita sit,  
*Domine*, propterea tuus Contemplator  
coram tuo sancto & glorioso Altari  
cum D. & F. orat & contemplatur  
tuam sanctam gloriosam Virtutem di-  
vinam.

## CAPUT CCCXXXVII.

*Quomodo homo oret & contempletur  
sanctam gloriosam Humanitatem nos-  
tri Domini JESU-Christi.*

1. **D**EUS excellens mirabilis! cui sit  
a. **D** gloria & laus omni tempore, &  
omni quod tuum est. Qui vult orare &  
contemplari tuam sanctam gloriosam  
Humanitatem, in qua tuus Filius est  
incarnatus, sciat formare & figurare  
figuras

230 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
figuras sensuales, per quas intellectu-  
liter possit elevare suum intellectum  
ad orandum & contemplandum, ad  
laudandum & amandum, ad honoran-  
dum & benedicendum tuam sanctam  
Humanitatem conceptam per gratiam  
sancti Spiritus.

2. — Unde quia tuus contemplator,  
*Domine*, vult conari quantum potest  
ad orandum & contemplandum tuam  
benedictam Humanitatem, propterea  
ponit & dicit, quod sit

A. Deitas.

B. Virtus Deitatis.

C. Humanitas.

D. Virtus Humanitatis.

E. JESUS Christus.

F. Petrus.

G. Anima.

H. Natura animæ.

I. Corpus.

K. Natura corporis.

L. Intellectus.

M. Verbum.

N. Oratio & Contemplatio.

3. Un-

3. Unde quando homo, *Domine*, figuravit has figuras sensuales, tunc oportet quòd ascendat ad intelligendum figuras intellectuales per sensuales, quia per F. & G. & H. & I. & K., quæ L. intelligit & M. loquitur, potest L. intelligere & M. nominare A. & B. & C. & D. & E.: igitur cum per istam artem Christiani possint demonstrare, quomodo orient & contemplantur sanctam Humanitatem JESU-Christi in divina Natura, propterea oportet quòd primò loquamur de L. & de N., ut per ea possimus applicare nostrum propositum ad orandum & contemplandum humanam naturam ipsius E.

4. b. *Cælestis Domine! Qui es gloria omnium gloriarum & perfectio omnium perfectionum.* Quando homo ponit G. & I. in L., tunc F. intrat in L., & quando F. intrat in L., tunc in illud intrant G. & I., quia L. intelligendo G. & I. intelligit F. & intelligendo F. intelligit G. & I.

5. Un-

Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia sicut F. intrat in L. per G. & I., & G. & I. intrant in L. per E.; ita intrant in M.; quoniam quando homo prædicat de F., prædicat de rebus ex quibus F. est compositum, & quando prædicat de G. & I., simul prædicat de F.

6. Unde cū sit diversitas & individuitas inter G. & I. in hoc, quòd unum non sit simile alteri in proprietate & natura; propterea, *Domine*, quando homo ponit in L. & M. solum G., tunc L. & M. non tractant de I. nec de K., & quando in L. & M. ponit solum I., tunc L. & M. non tractant de G. nec de H., igitur cū ita sit, secundum hoc significatur humano intellectui, quòd *tribus* modis possint tractare L. & M. de F. & G. & I.; quorum *unus* est quando tractant de F.; *alius* quando tractant de G. & I. simul; & *tertius* quando tractant de G. & non de I. vel de I. & non de G.

7. c. 0



7. c. O Domine! Qui es supremum bonum & gratia omnium gratiarum.

Quando homo ponit H. & K. in L., tunc in illo ponit F. & G. & I., & quando ponit F. & G. & I., tunc in illo ponit H. & K.

8. Sed quia est differentia inter G. & I., Domine, propterea quando homo ponit in L. virtutem, quam habet in G., non sequitur, quod ponat ibi virtutem ipsius I. nec quando ponit in L. virtutem quam habet I., sequitur, quòd ponat virtutem ipsius, G.; quia si L. semper intelligeret K., quando intelligit H., vel semper intelligeret H., quando intelligit K., sequeretur, quòd idem essent sine ulla differentia C. & I., quod est impossibile.

9. Unde benedictus sis, Domine DEUS, quia sicut in L. uno modo intrat H., & alio modo K., ita in M. uno modo intrat H., & alio modo intrat K.; nam sicut H. & K. habent differentiam in L. intellectu-  
litter

234 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
liter, ita habent differentiam in M.  
fensualiter.

10. d. *DEUS! Qui es Lumen omni-  
um luminum & splendor omnium splen-  
dorum.* Quando homo ponit H. in  
K., tunc F. & G. & I. intrant in L.,  
ut L. intelligat & sciat, quòd H. sit  
perfectio & complementum ipsius K.,  
& quando homo ponit K. in H., tunc  
in L. intrant F. & G. & I., ut L.  
sciat & cognoscat, quòd K. sit sub-  
jectum paratum in quo anima possit  
adducere in actum virtutes, quas ha-  
bet in potentia.

11. Unde cùm hoc ita sit, *Domine*,  
per istum modum intrant in con-  
junctionem H. in K., & K. in H. &  
in F., & propterea F. est unitum ex  
G. & H. & I. & K.: igitur quando  
H. intrat in L. per naturam ipsius G.  
& per primam intentionem ejusdem,  
tunc F. non tractat nisi de rebus spi-  
ritualibus cum sensibus intellectu-  
libus; & quando K. intrat in L. per  
primam intentionem ipsius I. & per  
res.

res necessarias eidem, tunc F. tractat de rebus corporalibus cum sensibus sensualibus; & per hoc formantur prima & secunda intentio inter G. & I. per quas generantur actio & passio inter ipsa G. & I.

12. Uude cum hoc ita sit, *Domine*, & cum per omnes istas res homo habeat cognitionem de F. per introitus aliarum praedictarum literarum in alias, propterea oportet quod per istas sensualitates & intellectualitates praedictas de F. mutemus nos ad praedicandum & considerandum sensualitates & intellectualitates ipsius E., ut in eo intelligamus A. & B. & C. & D., & ut L. possit contemplari C. & D., & M. orare E. in A. & B., ut N. formetur in L. & M. ex omnibus viribus intellectualibus ipsius L., & ex omnibus viribus sensualibus ipsius M.

13. e. *O Domine! Qui meam memoriam imples quando te memorat, & meam voluntatem beatificas, quando te amat.*

236 *B. Ray, Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
*amat.* Quando homo ponit E. in L.  
per cognitionem, & in M. per ver-  
~~bum~~ ; tunc L. habet tantam rationem  
ad intelligendum, & M. ad loquen-  
dum, quòd E. fit A. & C., quan-  
tam virtutem & rationem habent L.  
& M., quòd F. fit G. & I.; & si hoc  
non esset ita, tunc B. & D. non es-  
sent in adeò magna nobilitate virtu-  
tis & potestatis, in quanta sunt H. &  
K., quod est impossibile.

14. *Virtuose Domine!* Quando ho-  
mo ponit A. in L. & in M. sine C.,  
tunc L. considerat & M. prædicat tan-  
tum de Infinitate & Æternitate Po-  
testate & Sapientia Amore & aliis  
virtutibus, quæ sunt in tua divina  
gloriosa Essentia; & quando homo  
ponit C. tantum in L. & M. sine A.  
tunc L. considerat, & M. prædicat  
de tua gloriosa humana Natura, & de  
tormentis & pœnis, quas tua pretio-  
sa Caro sustinuit ad salvandum suum  
Populum.

15. Unde sicut L. habet potesta-  
tem

*Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVII. 237*  
tem considerandi & M. loquendi &  
prædicandi in diversitate quam habent  
G. & I. in F., ita, *Domine*, & ad-  
huc moltò meliùs L. & M. possunt  
frui diversitate, quæ est in A. & C.  
& E.; igitur cum hoc ita sit, quan-  
do homo intelligit A. in E., non in-  
telligit, quòd A. sit finitum & ter-  
minatum in E., nec intelligit, quòd  
C. sit finitum & non principiatum in  
E. neque M. prædicat in E., quòd  
Deitas fuerit passibilis & mortalis, nec  
C. fuerit sine principio & finitum;  
quia sicut L. & M. conveniunt in F.  
& in G. & I. quando L. considerat  
G. in F. esse substantiam incorpora-  
lem & immortalem, & intelligit I.  
in F. esse substantiam corporalem &  
mortalem, & in hoc M. convenit in  
prædicando secundum quòd L. intel-  
ligit in ipso F., ita, *Domine*, L. &  
M. conveniunt in E., ipso L. consi-  
derante & cognoscente A. & C., &  
ipso M. prædicante unum de A. &  
aliud de C.

238 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
16. f. *Rex super omnes reges & su-  
per omnes creaturas !* Quando homo,  
*Domine*, in L. ponit B. & C., tunc  
L. intelligit & M. prædicat & dicit,  
quòd B. sit perfectio ipsius C.; quia  
si G. quod est creatura finita, possit  
esse perfectio ipsius I., quod etiam  
est creatura, quanto plùs excellens  
Virtus tuæ divinæ Essentiæ poterit es-  
se perfectio & complementum tuæ  
gloriosæ Humanitatis, quæ est res crea-  
ta ? quoniam si G. habeat potestatem  
essendi perfectio ipsius I., & B. non  
haberet potestatem essendi perfectio  
ipsius C., tunc H. haberet majorem  
virtutem quàm B., ex quo sequere-  
tur, quod G. valeret plus quàm A.  
quod est impossibile.

17. *Honorate Domine !* Sicut K.  
demonstrat ipsi L. nobilitatem quam  
habet I. in F. per H., ita D. demon-  
strat ipsi L. nobilitatem ipsius C. quam  
habet in E. per B. igitur sicut L. ne-  
cessariò debet cognoscere K. & I., ut  
possit cognoscere H. in F., ita, *Do-  
mine,*

*mine*, quin L. haberet cognitionem de D., non haberet, cum quo posset recipere cognitionem de B. secundum quod ipsi L. convenit cognoscere, & ipsi M. prædicare, ut per N. possit orare & contemplari ex omnibus suis viribus sensualibus & intellectualibus ipsa A. & B.

18. *Virtuose Domine!* Sicut L. intelligit quòd G. in F. quoad suam naturam sit perfectum & completum sine I., ita & adhuc multò meliùs sine omni comparatione L. intelligit, quòd A. & B. sint perfecta in E. sine C. & D.; & si hoc ita non posset esse, sequeretur, quòd G. & H. haberent majorem perfectionem in I. & K., quàm A. & B. in C. & D., quod est impossibile: igitur sicut H. & K. sunt ratio & occasio, quòd sint G. & I. & F., ita & adhuc multò meliùs B. & D. sunt ratio, quòd E. sit A. & C.; & si hoc non esset ita, sequeretur quòd H. & K. meliùs virtuosius & potentiùs possent unire in F.

F. unam creaturam cum alia, quàm B. & D. possint unire Creatorem cum creatura in E. , & hoc est impossibile ; quia si esset possibile , D. demonstraret defectum in B. , & B. demonstraret defectum in A. , quod est impossibile.

19. g. *O Domine cogitate à mea mente , incomprehense à mea estimatione!* Intellectualiter intelligimus , quòd L. per D. possit intelligere C. in E. & hoc tantò magis , quantò D. valet super K. & hoc idem sequitur de voluntate & memoria ; quia multò plus potest voluntas velle , & memoria memorare per D. , quàm per K. ; igitur cum in F. sit concordantia ipsius L. & memoriæ & voluntatis in hoc , quòd voluntas amet , quòd F. sit ex G. & I. , ergo quantò magis in C. est concordantia ipsius L. & memoriæ & voluntatis in hoc , quòd E. sit A. & C. & B. & D.

20. *Gloriose Domine!* quantum D. crescit per B. in virtute & nobilitate, tantam



tantum A. dat ipsi C.: & propterea L. intelligit majus A. in nobilitate & virtute, quam posset ipsum intelligere, si E. non esset A. & C.; quia sicut G. clarius & manifestius se demonstrat ipsi L., & M. eò plus virtutis & nobilitatis potest prædicare de ipso, quò plus H. dat ipsi K.; ita L. potest eò plus cognitionis recipere, & M. potest eò plus prædicare de A., quò nobilius D. demonstrat C. in E., & quò B. humiliter & misericordius A. demonstrat in E.

21. Unde cum hoc ita sit, propterea, *Domine*, N. habet adeò magnam rationem & occasionem orandi & contemplandi ex tota sua potestate ipsum C. & D. in E., sicut est cognitio quam L. habet de B. & A. in E.; & sicut M. potest prædicare de magna humilitate & misericordia, quæ est in B. & A., propterea N. quantum est occasionatum & directum, tantum conatur orare & con-

Q

tem-

242 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
templari tuam sanctam gloriosam hu-  
manam Naturam.

22. *h. Spiritualis Domine! qui sanc-*  
*tificas & vivificas corda tuorum con-*  
*templatorum.* Quando quis ponit N.  
in L., *Domine*, ad orandum & con-  
templandum C., tunc ipsum L. in-  
telligit D. esse per B., quòd dat grati-  
am ipsi D., quòd A. & C. sint E.; &  
dum L. intelligit omnes istas figuras  
intellectualiter, tunc orat & con-  
templatur C. in E. per gratiam,  
quam D. recipit à B., ut oret &  
contempletur A. in creatura, & cre-  
aturam in Creatore, ut L. possit ha-  
bere cognitionem de nobilitate Crea-  
toris in creatura, & creaturæ in Crea-  
tore.

23. Unde benedictus sis, *Domine,*  
*DEUS*, nam quia Christiani orant  
in E. Creatorem in creatura, & cre-  
aturam in Creatore, ideò infideles  
per ignorantiam quam habent de N.  
quòd Christiani habent in E., con-  
temnunt ipsum N., & putant Chris-  
tianos

tianos orare & contemplari in E. creaturam & non Creatorem; propterea L. fidelis & sapientis Christiani intelligit, quòd ita erret infidelis contra N., quòd orat E., sicut errat M., quando dicit, quòd F. sit I. & K. sine G. & H.: quoniam sicut L. intelligit, quòd G. & H. sint ita bene in F., sicut I. & K., ita L. intelligit, quòd N. ita bene oret & contempletur in E. ipsum A. & B. sicut C. & D.; & sicut L. intelligit, quòd H. in F. sit majoris nobilitatis & virtutis, quàm K., ita intelligit, quòd E. sit multò majus sine omni comparatione per B. quàm per D.; cum B. sit Creator & D. creatura, & quia L. hoc intelligit, ideò N. plus orat in E. ipsum A., quàm C.

24. *Potens Domine!* Quando infideles audiunt & vident Christianos facere reverentiam & honorem figuræ ipsius E. pictæ in cruce, tunc putant, quòd L. Christianorum habeat inten-

244 *B. Ray. Luli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
intentionem orandi lignum & aurum  
& colorem, ex quibus est figurata  
& sculpta; propterea putant, quòd  
N. oret & contempletur lignum &  
aurum & idolum, quòd N. non a-  
dorat, sed orat A. & C. in E., eò  
quòd L. intelligat A. & C. non es-  
se lignum nec aurum nec colorem,  
quæ per recordationem dant sensua-  
lem demonstrationem de E., ut L.  
consideret & contempletur A. & C.  
in ipso E.: igitur sicut, quando vo-  
luntas Infidelium non disamat G. &  
I. in F., potest L. ipsorum intelli-  
gere, quòd F. sit G. & I.: ita, quia  
voluntas Infidelium disamat C. in E.,  
L. ipsorum non est ad eò liberum ad  
intelligendum A. & C. in ipso E.,  
sicut ad intelligendum G. & I. in  
F.

25. i. *Domine Salvator amantium tu-  
um honorem & tuam laudem!* Intel-  
lectualiter intelligimus N. non orare  
nec contemplari E. in sacrata Hostia  
secundùm cursum ipsius K., sed se-  
cun-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVII.* 245  
cundum cursum ipsius H. , & per hoc  
quod B. dat ipsi D. , L. potest intellige-  
re E. in sacrata Hostia; sed quia Infi-  
deles ignorant id, quod D. recipit  
à B. in E. , idè ipsorum L. non  
potest tam bene figurari ad intelli-  
gendum E. in sacrata Hostia , sicut  
L. Christianorum, quod intelligit in  
E. id, quod D. recipit, & id quod  
B. dat ipsi C. de A.

26. *Iuste Domine!* Quò plus I. &  
K. contrariantur ipsis G. & H. in sa-  
crata Hostia , ne L. intelligat E. in  
ipsa , tantò magis necessarium est ip-  
si L. , quòd se confortet per G. & H.  
ut possit vincere contrarietatem quam  
I. & K. ei faciunt , ne intelligat E.  
in sacrata Hostia: Unde quantò ma-  
gis L. se fortificat ad intelligendum,  
tantò plus intelligit se esse disposi-  
tum & paratum ad intelligendum;  
& quò magis est dispositum ad intel-  
ligendum , cò plus N. est paratum &  
directum quòd M. sensualiter oret &  
L. intellectualiter contempletur C. in  
E.

E. per B. , quod dat ipsi D. , quòd A. & C. sint in E.

27. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia sicut in homine sitiente quò plus crescit sitis , eò plus conatur cogitatio cogitare & voluntas amare fontes & aquas ; ita H. quò plus in Hostia sacrata super altari contrariatur ipsi K. , eò magis H. conatur quòd L. intelligat E. in ipsa Hostia sacrata , & quò plus L. intelligit , eò plus meriti habet per intelligere ; & quò plus intelligit eò plus voluntas amat id , quòd ipsum L. intelligit ; quia sicut voluntas habet majus meritum per amare veritatem , quam intellectus non intelligit , ita voluntas habet majus meritum per multum amare id , quod intellectus multum intelligit ; & si hoc ita non esset , significaretur , quòd quò plus intellectus intelligeret suum Creatorem , eò minus voluntas ipsum amaret , quod est impossibile.

28. *Domine ! qui es vita omnium vi-*  
*TARUM*

*tarum, & vis omnium virium.* Intellectualiter intelligimus, quòd quando L. intelligit ipsum E. se humiliasse ad paupertatem & labores & ad gravem angustiosam mortem pro nobis peccatoribus, & ad honorandum B. in D., tunc L. intelligat magnam & mirabilem obligationem, in qua est F., quod ex omnibus viribus ipsorum H. & K. multiplicet N. sensualiter & intellectualiter ad honorandum B. in D., & ad orandum & contemplandum C. in E., ut B. habeat magnam rationem dandi ipsis G. & I. magnam gratiam & benedictionem.

29. *Misericors Domine!* Quando L. intelligit E. in Hostia sacrata & intelligit illum, qui eam recipit esse valde magnum peccatorem; tunc formatur ipsi L. magna humilitas ipsius E., quod per magnam abundantiam humilitatis se vult humiliare ad peccatorem, qui hostiam sacratam recipit; & quando L. intelligit istam humilitatem adeò magnam, tunc intelligit

248 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
ligit, quòd F. sit multum obligatum ad laudandum & honorandum & cognoscendum magnam humilitatem ipsius E. & ad multiplicandum N. orando & contemplando C. in E.

30. *Gloriose Domine!* tam largè sumus beneficiati à tua sancta gloriosa Humanitate, & adeò alta & nobilis est ipsa in se ipsa, per hoc, quod B. dat ipsi D., quòd propterea omnes Christiani habeant magnam rationem laudandi orandi & contemplandi tuam sanctam humanam Naturam ex omnibus viribus sui L. & sui M.: igitur qui omnes vires ipsorum L. & M. poneret in N., esset possibile ipsi N., quod reciperet tantam gratiam & virtutem à B. & D., quòd omnes Infideles haberent cognitionem & amorem erga ipsum

E. quod est unitum ex A. &

C. per gratiam Sancti

Spiritûs.

CAPUT



CAPUT CCCXXXVIII.

*Quomodo homo oret & contempletur  
magnum Adjutorium, quod huma-  
na species habet à nostro Do-  
mino DEO.*

1. **O** DEUS, pie Adjutor humilis  
a. **O** & potens omnibus modis! Qui  
vult orare & contemplari, Domine,  
magnum Adjutorium, quod homo  
habet à Te, ut faciat bona opera,  
& sibi caveat à malis, sciat figurare  
figuras sensuales, per quas ascendat  
ad intellectuales, ut per eas habeat  
cognitionem tui Adjutorii; nam quan-  
tum homo sciet memorare & intel-  
ligere & velle adjutorium, quod no-  
bis facis, tantum poterit Te orare  
& contemplari per magnum bonum,  
quod nobis provenit à tuo adjutorio.  
2. Igitur cum hoc ita sit, Domi-  
ne, propterea ponimus & dicimus,  
quòd sit

A.

A. Adjutorium.

B. Bonum.

C. Malum.

D. Affirmatio Incarnationis.

E. Negatio Incarnationis.

F. Significatio ipsius D.

G. Significatio ipsius E.

H. Memoria Intellectus & Vo-  
luntas.

I. Oratio & Contemplatio.

3. Quia nos, *Domine*, figuravi-  
mus has figuras, ut possimus habe-  
re valde magnam cognitionem de  
magno Adjutorio, quod nobis facis,  
quam cognitionem volumus habere,  
ut habeamus magnam occasionem  
contemplandi Te; propterea oportet,  
quòd tentemus & probemus secun-  
dum quam prædictarum contrariarum  
figurarum poterit memoria plus me-  
morare, & intellectus plus intellige-  
re, & voluntas plus amare tuum Ad-  
jutorium, ut possimus habere majo-  
rem orationem & contemplationem  
laudando honorando & benedicendo  
Te

Te , qui es noster gloriosus Adjutor in omnibus bonis per magnam potestatem quam possides.

4. b. *Gloriose Domine ! Qui succurris tuis servis & tuis contemplatoribus.*

Quando homo ponit F. in H. , tunc memoria memorat , & intellectus intelligit & voluntas amat D. memorando intelligendo & amando tuam divinam & humanam Naturam ; & memorat & intelligit & amat , quòd tua divina Natura habeat meliorem operationem in tua humana Natura , quàm in ulla alia creatura , & quòd tua humana Natura recipiat majus donum gratiæ in tua divina Natura , quam ulla alia creatura.

5. Quando H. , *Domine* , habet in se F. memorando intelligendo & amando D. , tunc A. intrat in ipsum H. , per quem introitum intrat B. in H. ipso memorante intelligente & amante facere bonum per A. , quo adjuvatur H. ad memorandum intelligendum & amandum B. per amorem gratiam

252 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
gratiam & robur ipsius A. , & quando omnes istæ literæ sunt in H. , tunc ipsum est adeò plenum de A. in faciendo B. , quod tota memoria intellectus & voluntas impleatur cum I. orando & contemplando suum Creatorem & suum Adjutorem.

6. *Honorate Domine!* Quando H. est plenum ipso A. & B. & F. & I. per istum modum , tunc vult tentare & probare se ipsum , an possit adeò compleri de A. & B. & I. cum G. , sicut cum F. , & propterea H. ejicit à se F. , & ponit in se G. , & ideò H. obliviscitur ignorat & disamat D. per E. : Unde quando H. tentat & probat se ipsum isto modo, tunc memorat & intelligit in se non esse tantum A. ad faciendum B. , nec tantum I. esse in se sicut erat antea, quando F. erat in ipso , & propterea H. non sentit tantum robur nec tantam virtutem in faciendo B. , & vitando C. , quantam sentiebat , quando in ipso erat F.

7. C.

7. c. *Beate Domine, plene benedictione & beatitudine!* Sicut accidens inseparabile est magis propinquum & appropriatum substantiæ, quàm accidens separabile, ita F. magis appropinquat A. ipsi H., quia facit crescere & multiplicari I., quod non facit G.; quia G. non habet proprietatem nec naturam appropinquandi A. ipsi H., ut H. faciat B. cum I. crescere & multiplicari in H.; & F. habet adeò magnam virtutem demonstrandi D., quod per illam virtutem & proprietatem A. faciat venire de potentia in actum B. & I. in H.

8. Unde quando H., *Domine*, memorat & intelligit se non accipere tantam virtutem de A. cum G., quantum cum F., & memorat & intelligit se esse fragile & miserum per se ipsum ad faciendum B., & ad evitandum C., & sine A. non posse facere B., nec evitare C., tunc voluntas ipsius H. amat & vult F., & disamat & odit G., ut possit per D. habere

bere gratiam & benedictionem cum qua ipsum possit facere B. & per F. evitare C.: Unde per hoc H. cognoscit quòd D. sit vera affirmatio, & E. falsa negatio; quia per F. venit virtus ad H., & per G. privatur H. ipsa virtute.

9. *Virtuose Domine!* Qui vult scire & intelligere magnam occasionem, quam H. habet, ut adjuvetur ab A., quando recipit F. sciat figurare cum figuris sensualibus prædictas rationes; quia quamlibet questionem hujus operis poterit per figuras solvere & cognoscere, dummodo sciat artem figurarum, quomodo per F. adjuvetur H. ab A., quod ipsi H. impedivit G.; quia H. non habet naturam nec proprietatem, quod per G. possit habere adeò magnum adjutorium ad faciendum B., quantum habet per F.: igitur cum hoc ita sit, tuus servus, *Domine DEUS*, orat & contemplatur tuam sanctam Deitatem & Humanitatem per gratiam & benedictionem  
tui

tui virtuosi & potentis Adjutorii.

10. d. *Complete Domine magne in omnibus, perfectionibus honorate in omnibus honorationibus!* Intellectualiter intelligimus quòd quantum F. demonstrat ipsi H. virtutem & vim ipsius D., tantum A. adjuvet ipsum H. ut faciat B. & evitet C., & ut I. sit in H.; & quantum H. recipit de hoc, quod F. ei demonstrat de A., tantum A. habet rationem juvandi ipsum H., ut faciat B. & evitet C., & ut in se habeat I.: igitur cùm tanta sit demonstratio quam F. dat de D. ipsi H., & cùm tanta sit virtus quam habet H. potentialiter, ut actualiter possit recipere F., quis est, *Domine*, qui posset æstimare magnum Adjutorium, quod H. habet ab A. per F. ad faciendum B. & ad evitandum C.?

11. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quoniam quantum amatus memorat & intelligit magna bona & honorationes, quas recipit à suo amico, & quantum memorat & intelligit

256 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
git magnum amorem, quem erga eum  
habet suus amicus, tantum adjuvatur  
memoria amati ad memorandum, &  
intellectus ad intelligendum, & vo-  
luntas ad amandum ipsum amicum:  
igitur cū hoc ita fit, quis posset æs-  
timare magnam rationem & magnam  
occasionem, quam homo habet oran-  
di & contemplandi Te, quando in  
H. recipit F. ? & quis posset æstima-  
re, *Domine*, magnum Adjutorium,  
quod A. præstat ipsi H. ad orandum  
& contemplandum Te, & ad facien-  
dum B. pro amore tuī, quando H.  
recipit F.

12. *Pie Domine!* Quantum amatus  
potest memorare & intelligere labo-  
res & anxietates, opprobria, tormen-  
ta & gravem ignominiosam mortem,  
quam suus amicus sine culpa sustinu-  
it pro amore ipsius, tantum memo-  
ria amati adjuvatur ad memorandum  
intelligendum & amandum amicum,  
qui tot doloribus & langoribus & a-  
deò gravi morte eum amavit & ho-  
no-



noravit : igitur cum H. per F. possit memorare & intelligere & amare de D. omnes istas res, quis posset æstimare & judicare, *Domine*, tantum Adjutorium, quod præstat A. ipsi H. per F., ut oret & contempletur suum gloriosum DEUM.

12. c. *Domine, Adjutor justorum & rectorum & veracium!* Intellectualiter intelligimus, quod A. principiet B. & privet C., unde quia H. memorat & intelligit plus & perfectius ipsum A. cum D., quam cum E., propterea intelligit, quod A. melius demonstretur in B. per F., quam per G.; & F. melius demonstret, quomodo C. veniat in privationem per A., quam G. demonstret, quomodo C. sit in privatione per A.

14. Unde cum hoc ita sit, propterea, *Domine*, H. multò melius sine omni comparatione dirigitur in memorando & intelligendo & amando A., quando F. demonstrat A. in B. per facere bonum, & in C. per

R

cessa.

248 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
cessare à malo, quàm ipsum H. dirigatur, quando G. cum E. ei impedit suum memorare intelligere & velle: igitur quia directio & ordinatio sunt occasio multiplicandi ipsum I., & inordinatio & impedimentum sunt occasio eidem I., quòd non veniat de potentia in actum; propterea H. recurrit ad memorandum & intelligendum & volendum D., ut F. ei det tantam virtutem in memorando intelligendo & amando A., quòd nulla impatientia possit amari à voluntate, quæ amat B. & odit C.

15. *Virtuose Domine!* postquam H. memoravit & intellexit multò melius sine omni comparatione demonstrari per F. quàm per G., quòd A. sit principium ipsius B., & destructio ipsius C., tunc H. tentat suam memoriam & intellectum, an ita bene possint memorare & intelligere per G., sicut per F., quòd A. sit perfectio & complementum ipsius B., & non sit principium ipsius C. unde

de dum H. tentat & probat isto modo, tunc A. adjuvat illud ut memoret & intelligat & amet D., per quod adiutorium H. habet cognitionem de eo, quod A. facit in B., & de eo, quod A. destruit in C.; & quando H. obliviscitur & ignorat D., & memorat E., tunc non sentit in se virtutem nec adiutorium, quod antea sentiebat ad cognoscendum ipsum A. esse perfectionem ipsius B., & non esse principium ipsius C.; & propterea ipsum H. redit ad F., & fugit à G. multiplicando I. in memoria intellectu & voluntate.

16. f. *Divine Domine Rex Gloria! qui es fons vite & omnium bonorum.* Intellectualiter intelligimus, quòd quando H. memorat & intelligit prædestinationem, tunc se tentet & probet, an secundum F. vel G. melius possit ejicere à suo memorare & intelligere prædestinationem, ita ut I. non recipiat fragilitatem & pigritiam in memorando & intelligendo prædestina-

tio

tionem, per quam non habeat occasionem privandi B. & faciendi C.

17. Unde dum H., *Domine*, ita tentat se ipsum, tunc A. adjuvat ipsum H., ut ejiciat à sua memoria prædestinationem, quando memorat D.; quia H. intelligit, quòd si ita esset, esset prædestinatum ad damnationem; propterea tamen non cessaret, quin amaret B., & non odiret C. pro amore ipsius D.; & dum A. isto modo adjuvat H. contra prædestinationem, tunc H. tentat & probat, an A. faciat ipsi tantum adiutorium sicut antea sentiebat F., eò quòd ipsum H. non sentit ab A. cum G. tantum fervorem quantum antea sentiebat cum F., imò sentit debilitari & minui I. in suo memorare intelligere & velle, & sentit se elongari à B. & accedere ad C. per G.

18. Igitur cum ita sit, *Domine*, quòd H. habeat minus animositatis & fervoris ad orandum & contemplandum Te, quando prædestinatio  
in

intrat in suum memorare & intelligere cum G., quam habeat, quando intrat in ea cum F., per hoc H. cognoscit se multò plus juvari ab A. ad faciendum B., & evitandum C. per F., quam per G.: Unde cum homo sit valde obligatus ad orandum & contemplandum Te faciendo B., & vitando C., & ad hoc sit magis occasionatus per F., quàm per G.; propterea H. intelligit, quòd F. affirmando det veram demonstrationem de D., & quòd G. negando det falsam demonstrationem de E.

19. g. *Rex sanctificate gloriose! qui es lumen omnium splendorum.* Intellectualiter intelligimus, quòd quando H. tentat & probat, an secundum D. vel secundum E. possit plus memorare intelligere & amare in Te Potestatem Sapientiam & Voluntatem, Justitiam & Misericordiam, Patientiam & Humilitatem & alias Virtutes, tunc F. ei dat multò majorem demonstrationem de omnibus prædictis

tis

262 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tis Virtutibus quàm G., & propte-  
terea H. sentit plus juvari suum re-  
colere intelligere & amare ab A. cum  
F., quàm cum G. ad faciendum B.,  
& evitandum C.

20. Nam quantò majorem de-  
monstrationem, *Domine*, dat F. de tuis  
Virtutibus cum D., quàm G. cum  
E., tantò virtuosius est H. in suo me-  
morare intelligere & velle per F.,  
quàm per G., per quam virtutem ju-  
vatur ad faciendum B., & evitan-  
dum C., quia sicut voluntas quæ a-  
mat id, quod intellectus intelligit &  
memoria memorat, plus juvatur ab  
A., ut sit magna voluntas per me-  
moriam & intelligentiam, quàm vo-  
luntas, quæ disamat id, quod me-  
moriam memorat, vel quæ amat id,  
quod intellectus non intelligit; ita  
H. plus juvatur ad multiplicandum  
& augendum I. per F., quàm per G.  
quia F. ei dat majorem demonstra-  
tionem de tuis virtutibus quàm G.

21. *Honorate Domine!* Quantum  
F.

*Lib.V. Dist.LX.Cap.CCCXXXVIII.* 263  
F. demonstrat ipsi H. , quòd tu recreaveris & ordinaveris mundum cum D. , & quantum G. omnia ista negat ipsi H. , tantum juvatur H. per F. ad faciendum bonum , & evitandum malum per abundantiam amoris Sapientiæ & potestatis , humilitatis & patientiæ & aliarum virtutum per quas homo facit bonum , & evitat malum , nam quemadmodum sanitas est occasio vitæ , & infirmitas est occasio mortis , ita virtutes sunt occasio faciendi bonum , & vitia sunt occasio faciendi malum : igitur quia tua sancta Incarnatio & Passio, Recreatio & ordinatio, quam mundus recepit per D. , est ipsi H. occasio virtutum, propterea H. adjuvatur ad faciendum B. , quò magis est occasionatum per virtutes.

22. h. *Suavis Domine ! Amoroſe humilis dulcis simplex & pie !* Intellectualiter intelligimus , quòd quando H. tentat & probat an cum F. vel cum G. plùs poterit glorificari in gloria,  
&

264 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
& plus juvari ad recipiendum gloriam à Te, tunc F. demonstret ipsi H., quòd per D. erit occasionatum ad recipiendum gloriam à tua gloriosa Deitate, & à tua virtuosa Humanitate; & quando H. recepit hanc demonstrationem ipsius F., tunc se vertit ad G. & non sentit per G. memoriam nec intellectum, per quem posset recolere & intelligere, quomodo homo in gloria juvetur ad recipiendam gloriam in anima & in corpore sine D.

23. *Aeternae Domine!* Quando H. memorat & intelligit totam humanam speciem cecidisse in peccatum & corruptionem in Adamo, & tentat & probat an secundum F. vel G. humana species melius adjuvetur ab A. ad se liberandum à peccato & corruptione; & ad recuperandam gratiam sui Creatoris, tunc F. dat demonstrationem de adiutorio, quod humana species habet per D. ad se elevandum à peccato, & ad faciendum  
dum



*Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXXXVIII.* 265  
dum bonum, & evitandum malum:  
unde dum F. cum D. dat hanc demon-  
strationem ipsi H., tunc H. se vertit  
ad G., & probat, an cum E. possit  
dare tantam demonstrationem, sicut  
F., quod H. memorat & intelligit  
non habere G. virtutem nec vim, nec  
proprietaem nec naturam per quam  
possit tantum adjuutorium demonstra-  
re ipsi H. cum E., quantum ei de-  
monstrat F. cum D.

24. *Divine Domine!* Quando H.  
tentat an secundum F. vel G. melius  
possit memorare & intelligere, quod  
à Sanctis gloriæ plus juvetur ad pre-  
candum & petendum gratiam à Re-  
ge gloriæ, tunc F. præcedit & de-  
monstrat per D., quod tua humana  
Natura & nostra Domina sancta MA-  
RIA & Apostoli, & multi sancti Mar-  
tyres & Confessores & Religiosi sint  
in gloria, qui omnes juvant rogan-  
do pro nobis peccatoribus: unde quan-  
do H. vidit demonstrationem ipsius  
F., tunc se vertit ad G., quod non

po

266 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
potest ei tantum adiutorium significare cum E., quantum ei significavit F. cum D.: igitur cum hoc ita sit, & cū nobilis & virtuosus vasallus plūs adjuvetur à sua nobilitate & virtutibus ad narrandum & dicendum sua verba coram suo Domino, quàm vasallus nescius culpabilis & pauci valoris à suis vilitatibus & necessitatibus; propterea H. cognoscit se multò plūs sine omni comparatione iuari ad faciendum bonum, & ad evitandum malum per F. quàm per G.

25. i. *Potens Domine super omnes potestates! Qui es voluntas super omnes voluntates.* Quando H. tentat & probat an F. vel G. meliūs demonstrat B. in *esse*, & C. in privatione, ut memoria possit plus memorare de B., & minus de C. esse in *esse*, tunc F. per D. demonstrat plus de B. in Christianis Clericis & Religiosis & iustis hominibus, qui faciunt plures elemosynas & afflictiones & orationes

nes quam demonstret per G. : igitur  
quantò H. videt plures bonos homi-  
nes cum F. , quàm cum G. , tantò  
plures malos videt inter illos , qui  
credunt in G. quàm inter illos , qui  
credunt in F. ; & propterea H. cog-  
noscit homines qui credunt in F.  
multò potentiùs juvari ab A. ad fa-  
ciendum bonum , & evitandum ma-  
lum , quàm homines qui credunt in  
G.

26. Si ita esset , *Domine* , quod A.  
plus juvaret G. quàm F. tunc homi-  
nes credentes in E. essent meliùs in  
oratione & contemplatione , in elee-  
mosynis & in religiosa disciplina ,  
quam homines credentes in D. ; & si  
ita esset , H. memoraret & intellige-  
ret plures bonos Religiosos & plures  
elemosynas per E. quam per D. ; igi-  
tur cum H. pro una elemosyna &  
pro uno Religioso , quem memorat  
& intelligit per E. , memoret & in-  
telligat centum per D. propterea H.  
memorat & intelligit homines creden-  
tes

268 *B. Ray. Lulli Lbi. Contēpl. Vol. III.*  
tes in D. multò plus adjuvari ad faciendum bonum, & evitandum malum, quam homines credentes in E. & si hoc non esset ita, id quod memoratur intelligitur & sentitur minus in numero & in valore esset majus, quam id quod sentitur & intelligitur majus quod, est impossibile.

27. Et si hoc ita esset, *Domine*, sequeretur, quod duo sint plus quam tria, & tria plus quam centum; cum sit impossibile, quod res minor sit major; quia sequeretur, quòd tua major Virtus esset minor virtute, quæ est in creaturis, & creatura esset major suo Creatore, quòd est impossibile; per quam impossibilitatem H. memorat & intelligit, quòd G. falso sit contra F., & F. verè sit contra G.; & propterea quando H. scit & potest memorare & intelligere & velle omnes istas significationes, tunc potest multiplicare I. ad laudandum & orandum suum gloriosum & virtuosum Creatorem.

28. k.

28. k. *Excellent Domine super omnes altitudines, humilis super omnes humilitates!* Intellectualiter intelligimus, quòd H. tentet & probet an secundum F. vel secundum G. possit habere majus adjutorium à fide & credentia in D. vel in E., ut habeat virtuosius memorare & velle per credere id, quod intellectus non potest intelligere; & dum H. tentat F. & G. isto modo, tunc F. demonstrat fidem & credentiam virtuosiorum per D. in merito & in quantitate, quàm G. possit demonstrare per E.; & propter hoc sentit H. majus adjutorium ad habendum virtuosum memorare & velle per credere contra mortificatum intellectum per F. quàm per G.

29. *Gloriose Domine!* Quando H. tentavit & provabit F. & G. super fidem & credentiam, postea tentat & probat F. & G. rationibus necessariis, per quam earum possit habere majorem cognitionem de suo Creatore

270 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tore, an cum D. an verò cum E.;  
& dum H. tentat F. & G. isto mo-  
do, tunc F. clariùs demonstrat me-  
moriæ & intellectui ipsius H. perfec-  
tionem qualitatum, quam eas de-  
monstret G.; nam quemadmodum  
res sensuales sunt subjecta per quæ  
significantur res intellectuales; ita D.  
est ipsi H. speculum & demonstra-  
tio, per quam F. demonstrat per-  
fectionem tuarum virtutum, & per  
quam demonstrationem vivificatur  
H. ad memorandum & intelligendum  
rationes necessarias.

30. *Juste Domine!* Postquam H.  
tentavit F. & G., & invenit se mul-  
tò nobilius esse in fide & in ratio-  
ne per F. quàm per G., tunc H.  
memorat & intelligit se plus adjuva-  
ri ad habendam fidem, quando eam  
vult habere, vel ad rationem quan-  
do eam vult intelligere & scire per  
F. & per G.; & per hoc cognoscit  
ipsum H., quod A. plus adjuvet ho-  
minem per F. quàm per G.; & prop-  
terea

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIX. 271*  
terea voluntas amat D., per quod  
H. est occasionatum & adjutum in  
suo memorare intelligere & amare ad  
augendum & multiplicandum I. o-  
rando contemplando laudando & be-  
nedicendo tuum sanctum Adjutorium  
& sanctum succursum, quem præstas  
ipsi H., ut memoret intelligat & a-  
met suum gloriosum DEUM.

## CAPUT CCCXXXIX.

*Quomodo homo oret & contempletur  
honoratum & gloriosum DEUM, ut  
ei det cognitionem & demonstratio-  
nem de gloriosis Virtutibus  
Divinis.*

I. **O** DEUS magne mirabilis! quem  
a. **O** amant tot homines Justi & Re-  
ligiosi. Qui vult percipere & scire  
tuas gloriosas virtutes, oportet quòd  
sciat figurare sensualiter figuras, per  
quas possit elevare suum intellectum  
ad figuras intellectuales, cum quibus  
&

272 *B. Ray. Lluli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
& per quas possit recipere significaciones intellectuales, quas tuæ Virtutes dant de se ipsis, ut homo oret & contempletur suum honoratum & gloriosum DEUM.

2. Unde cū hoc ita sit, *Domine*, propterea ponimus & dicimus, quòd sit.

A. Deitas.

B. Divinæ Virtutes.

C. Negatio Incarnationis.

D. Significatio ipsius C.

E. Affirmatio Incarnationis.

F. Significatio ipsius E.

G. Intellectus.

H. Homo Christianus.

I. Infidelis.

& quia figuravimus & ordinavimus has figuras ad habendum cognitionem de tuis Virtutibus, propterea oportet, quòd cum eis elevemus intellectum & cognitionem ad cognoscendum ipsas.

3. *Amorose Domine!* Qui vult intrare in hanc inquisitionem, oportet



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIX.* 273  
tet, quòd sciat sequi artem & modum, secundùm quem tuæ Virtutes se demonstrant humano intellectui; quæ ars est, quòd homo respiciat & æstimet an secundùm D. vel secundum F. meliùs & clariùs demonstret B. ipsi H. vel I.; & quamcunque demonstrationem G. manifestiùs & clariùs videt, oportet, quòd secundùm illam affirmet vel neget C. vel E. affirmando C. vel E., ut meliùs possit obedire significationibus, quas A. dat de B.: igitur cùm hoc ita sit, oportet, quòd homo cum novem Virtutibus probet D. & F. super G., quæ sunt *Potestas, Sapientia, Amor, Justitia, Misericordia, Humilitas, Patientia, Veritas, Perfectio*; & omnes istas novem Virtutes dicimus esse B.

4. b. *Potens Domine super omnes voluntates, volens Domine super omnes potestates!* Qui vult habere cognitionem de tua gloriosa *Potestate*, oportet, quòd sciat tentare an G. possit  
S fit

274 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
fit de ea recipere adeò magnam demonstrationem in H. vel in I. per D.; sicut recipit per F.; & oportet primò quòd ponat C. in G. cum D., ut G. videat demonstrationem quam A. facit in C. de B.: unde dicimus quòd quando homo isto modo tentat G., tunc D. det duas significaciones de tua gloriosa Potestate, quarum una est demonstrando eam infinitam & æternam ante E., & alia est demonstrando eam finitam & comprehensam in E., in hoc quod ei attribuat defectum, quia C. negando E. affirmat non posse conjungi nec uniri A. & E. sine alteratione ipsorum A. & B. in E.

5. Quando homo, *Domine*, posuit C. in G., & G. recepit cum D. id, quod potest recipere à B., tunc oportet, quòd mutet G. in E. cum F., ut G. habeat cognitionem de illo, quod A. ei demonstravit de B.: unde quando homo mutavit G. in E., tunc F. demonstrat ipsi G., quòd  
A.,

A. , demonstret suam Potestatem in E. , esse adeò magnam & infinitam, sicut erat antequam esset E. , quia per hoc , quòd A. & E. possint uniri sine alteratione ipsius A. & E. , F. demonstrat ipsi G. , quòd A. habeat infinitam Potestatem , eò quòd possit unire Creatorem & creaturam & possit facere Hostiam sacratam esse veram Carnem , & Virginem illibatam concipere & parere tuam humanam Naturam.

6. Unde quando G. intelligit, *Domine* , per F. adeò magnam potestatem in A. , quam non poterat intelligere per D. , tunc vult tentare H. & I. , & quando G. intrat in H. , tunc F. ei adeò fortiter demonstrat B. , quòd non sit lingua quæ hoc dicere nec aures quæ hoc audire nec oculi qui hoc videre possent ; & dum G. videt in H. adeò fortiter ipsum B. , tunc mutatur in I. , ut possit probare an tantum de B. possit videre in I. , quantum in H. ; & quando

276 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
do G. est in I., tunc D. ei occul-  
tat omnem potestatem quam F. ei  
demonstrabat intrando in H.; & quia  
G. intelligit plūs potestatis per F.  
quàm per D.: propterea cognoscit se  
plus valere quando est in H. quàm  
quando est in I.; quia quantò plūs  
G. fruitur tua Potestate in H. quam  
in I.; tantò plus valet, quando est  
in H., quàm quando est in I.

7. c. *O Domine! à quo veniunt &  
ad quem vadunt mee cogitationes &  
mei amores.* Qui vult habere cogni-  
tionem de tua gloriosa *Sapientia*, o-  
portet, quòd respiciat & probet, an  
G. secundum D. vel secundum F. me-  
lius possit recipere demonstrationem,  
quam A. facit de B.: unde dicimus,  
quòd quando I. ponit C. in G. cum  
D., tunc G. videat per unum modum  
perfectam tuam *Sapientiam*, & per  
aliud modum D. ei det falsam de-  
monstrationem de ipsa; quia unus  
modus, quo D. demonstrat ipsi G.  
tuam perfectam *Sapientiam*, est in  
quan-

*Lib.V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIX. 277*  
quantum ipsum G. respicit eam sine  
relatione ad creaturam; sed quando  
G. cum D. respicit tuam Sapientiam  
secundum relationem ad creaturam,  
tunc D. ei significat, quod tu non  
sciveris facere unam creaturam,  
quæ valeat plus, quam omnes aliæ,  
& non sciveris facere conjunctionem  
humanæ & divinæ Naturæ in E. sine  
alteratione ambarum, nec sciveris,  
quomodo ex Virgine nasceretur in-  
fans, nec quomodo panis sacratus  
alteretur & transubstantietur in Car-  
nem, & vinum in Sanguinem.

8. Quando G., *Domine*, recepit  
per D. in I. veram significationem  
de B. per unum modum, & falsam  
per alium, tunc se mutat in H. pro-  
bando, an cum E. possit recipere me-  
liorem demonstrationem de B. quam  
cum I. & D.; & quando G. se mu-  
tavit in H., tunc E. ei demonstrat de  
B., quod in divina Natura sit per-  
fecta Sapientia sine relatione ad crea-  
turam; & quando G. respicit B. in  
A.

A. secundum relationem ad creaturam, tunc, *Domine*, F. demonstrat B. perfectum in hoc, quòd sciveris creare unam creaturam in E. meliorem, quàm sint omnes aliæ creaturæ, & sciveris facere nasci infantem ex Virgine illibata, & sciveris unire Creatorem & creaturam, & transubstantiare & alterare panem sacratum in veram Carnem, & vinum in sanguinem.

9. Unde quia G., *Domine*, in I. non potest per D. recipere tantam demonstrationem de B. in A., quantum recipit in H. per F., propterea G. intelligit multò majus & nobilius B. per F., quando est in H., quàm intelligat per D. quando est in I.: Unde per hoc G. habet certam cognitionem & demonstrationem, quòd F. sit vera significatio ipsius E., & D. sit falsa significatio ipsius C.; quia si D. esset vera, & F. falsa, sequeretur, quòd G. plús valeret in I., quàm in H., & haberet majorem

rem cognitionem de B. cum D., quam habeat cum F., quando est in H.; & quia est totum oppositum hujus secundum quod supra probavimus, propterea G. orat & contemplatur, laudat & benedicit ipsum A. & B. in H. cum F.

10. d. *Honorate Domine! qui exaudis tuos amatores in suis contemplationibus.* Qui vult habere cognitionem de tuo sancto glorioso *Amore*, oportet quod tentet & probet G. in H. & in I., ut sciat secundum quod eorum possit melius recipere demonstrationem quam A. facit de B.: unde quando homo, *Domine*, tentat G., & ponit illud in I. cum D., tunc G. intelligit uno modo tuum Amorem perfecte amare hominem, & alio modo ipsi G. demonstratur hominem non perfecte amari à Te: Unde modus secundum quem G. intelligit, quod perfecte ames hominem, est quando intelligit per creationem Te beneficiaſſe ip.

ipsum super omnes creaturas; & modus secundum quem demonstratur ipsi G. quod est in I., Te perfecte non amare hominem, est quando ipsi non videtur Te tantum amasse hominem, quod volueris esse homo & subire passionem & mortem pro amore ipsius.

II. *Gloriose Domine!* Postquam homo tentavit G. in I. modo supradicto, oportet, quod mutet G. in H., ut probet an possit recipere majorem demonstrationem de B. in H. quam in I.: unde quando homo posuit G. in H. cum F., tunc A. manifeste demonstrat B. ipsi G., intelligente G. quod adeo ames hominem, quod cum beneficiaveris super omnes creaturas, & volueris esse homo & tuam Naturam humanam sustinere mortem ad salvandum hominem; & quando G. intelligit, quod ille habeat majorem amorem, qui amat esse id, quod amat, & amat mori pro suo amato, quam qui non  
amat



amat esse id, quod amat, nec mori pro suo amato, tunc intelligit se habere majorem demonstrationem de A. quando est in H., quàm quando est in I.

12. *Humilis Domine!* Cùm G. receperit majorem demonstrationem in H. quàm in I., propter hoc certò cognoscit, quòd F. sit ei sine omni comparatione major occasio; ut habeat cognitionem de B., quàm est ipsum D.; nam quantum D. ei occultat B., *Domine*, in volendo Te esse hominem pro amore hominis & in volendo Te mori secundùm humanitatem amore salvandi honorandi & glorificandi hominem, tantum F. ei demonstrat id, quod D. ei occultat de B.: igitur cum G. habeat majorem cognitionem de B. per F., quàm per D., & cùm F. & D. contrariantur in B., per hoc ipsum G. habet certam demonstrationem & cognitionem quòd D. sit falsa significatio de C., & F. sit vera demonstratio de E.

13. c.

13. e. *Juste Domine!* qui es spes mea  
*spei & amor mei placiti.* Quando D.  
 ponit G. in I., tunc G. non intel-  
 ligit tuam *Justitiam* in illa perfectio-  
 ne in qua eam intelligit, quando F.  
 ponit in H.; quia quando G. est in  
 I., non intelligit, quòd tu recrea-  
 veris mundum, nec quòd adeò mor-  
 tificaveris sensualitates, ut sint obe-  
 dientes intellectualitatibus in I., si-  
 cut in H., nec intelligit, quòd adeò  
 præmies sensualitates in gloria secun-  
 dùm I., sicut præmias secundùm  
 H.

14. Unde dum G., *Domine*, cum  
 D. recepit in I. quidquid potest re-  
 cipere de B., tunc se mutat in H.  
 cum F., ut tentet an possit plus  
 cognoscere B. in H. quàm in I., &  
 quando G. se mutavit in H., tunc  
 demonstrat de B., quòd, Tu sis justus  
 Dominus in recreando mundum & in  
 mortificando sensus sensuales in ho-  
 mine per gravem passionem, quam  
 sustinuisti pro amore nostrî; & de-  
 mons-

monstras, *Domine*, per E., quòd sis justus erga sensualitates glorificando eas in gloria per gloriosas sensualitates tuæ gloriosæ & virtuosæ Humanitatis.

15. Et quia G. cognovit & percepit, *Domine*, se multò majorem cognitionem sine omni comparatione habere de B. cum F. quàm cum D., propterea intelligit, quòd quantò meliùs cognoscit tuam Justitiam, tantò meliùs cognoscat tuum A.: & quantò meliùs G. cognoscit A. & B., tantò majorem occasionem dat G. ipsi memoriæ ad memorandum & voluntati ad amandum A. & B.; & quò plùs omnes tres virtutes sunt occasionatæ ad memorandum intelligendum & amandum A. & B., eò magis sunt occasionatæ ad orandum & contemplandum suum gloriosum Creatorem: igitur cum G. se sentiat magis occasionatum ad orandum & contemplandum per F. quàm per D. propter hoc habet certam cognitionem,

284 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
nem, quòd E. sit in veritate, &  
C. in falsitate.

16. f. *Misericors Domine plene mi-  
sericordia & gratia!* Quando homo  
ponit G. in I. ad tentandum an D.  
possit ei tantam *Misericordiam* de-  
monstrare quantam ei demonstrat F.,  
quando G. est in H., tunc D. oc-  
cultat ipsi G. magnam misericordiam  
quam F. ei demonstrat, quando est  
in H.; & propterea G. se mutat in  
H. ad videndum, an in illo per F.  
possit videre majorem misericordiam,  
quàm sit illa, quam D. ei demonst-  
rat quando est in I.

17. Et quando G., *Domine*, se  
mutat in H. cum F., & intelligit id,  
quod F. ei demonstrat de tua *Mise-  
ricordia*, tunc G. intelligit tuam *Dei-  
tatem* fecisse magnam misericordiam  
quando voluit se unire cum humani-  
tate, & tuam *Deitatem* & *Humani-  
tatem* fecisse valde magnam miseri-  
cordiam, quando voluerunt tuum  
pretiosum corpus dare paupertari la-  
bori-

boribus & gravi angustiosæ morti ad salvandum nos peccatores: unde quando A. per istum modum repræsentat B. ipsi G., tunc intelligit G. tantum de B., quod quò plus de eò intelligit, eò meliùs intelligat se deficere in imaginando & intelligendo totam magnitudinem tuæ dulcis & piæ Misericordiæ.

18. Et quando G. in H. intelligit & cognoscit tantam misericordiam per F., tunc memoria memorat peccata ipsius H., & ea G. intelligit; propterea voluntas amat misericordiam, quia memoria memorat & intellectus intelligit peccata ipsius H. non esse adeò magna, sicut est B., & dum omnes tres virtutes in H. fruuntur isto modo tuâ sanctâ Misericordiâ, tunc quælibet tentat se ipsam, & una tentat aliam, an in I. tantum possint frui tuâ Misericordiâ; & quia A. non demonstrat tantum B. ipsis tribus virtutibus, quando sunt in I., quantum

tum demonstrant ipsum, quando sunt in H., per hoc, *Domine*, tres Virtutes se cognoscunt virtuosiores in H., quàm in I., & per hanc majorem virtutem cognoscunt H. esse virtuosius quam I.

19. g. *Humilis Domine, plene pietate & amore! per quem crescit nostra contritio & noster fervor.* Qui vult petere ab A., ut ei demonstret tuam excellentem *Humilitatem*, ponat G. in H. & in I., & in quolibet respiciat cum G. secundùm quòd ex eis meliùs possit videre & scire id, quòd A. demonstrat de B.; nam sicut speculum, quòd est clarius, & verius, est melius directum ad demonstrandum suas facies illis, qui se vident in eo, ita, *Domine*, H. per F. est magis directum speculum ipsi G., ut in eò intelligat B.; quàm sit I., quòd cum D. occultat ei tuam gloriosam mirabilem *Humilitatem*.

20. Nam quando G., *Domine*, respicit in E. cum F. demonstrationem,

*Lib.V. Dist. XL.Cap. CCCXXXIX. 287*  
nem, quam A. facit de tua Humi-  
litate, tunc G. videt, quòd Natura  
divina se humiliaverit ad effendum  
unum cum humana natura, & per  
hoc videt & intelligit infinitum æ-  
ternum & totum perfectum se humi-  
liaffe ad finitum & principiatum; &  
postquam G. vidit hanc adeò mag-  
nam humilitatem, tunc videt & in-  
telligit, quòd divina Natura humi-  
liaverit humanam naturam, cum qua  
est unita, ad paupertatem & ad mag-  
nos labores & ad gravem mortem  
sine culpa; & postquam G. videt has  
duas adeò magnas humiliationses, se  
mutat ad I. cum D. ad intelligen-  
dum id, quòd intelligebat de tua  
Humilitate, quando erat in H., &  
tunc D. ei occultat totam humilita-  
tem, quam solebat intelligere in H.  
21. Igitur cum hoc ita sit, *Do-*  
*mine*, quòd memoria memoret &  
intellectus intelligat humilitatem esse  
valde nobilem virtutem, & F. esse  
oculos, quibus G. videt tuam Hu-  
mili-

288 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
militatem, & D. esse tenebras ratio-  
ne quarum G. non potest eam vide-  
re; propterea G. cum F. movet me-  
moriam ad memorandum & volun-  
tatem ad amandum humilitatem; &  
memoria cum F. movet G. ad in-  
telligendum & voluntatem ad aman-  
dum humilitatem, & voluntas cum  
F. movet memoriam ad memoran-  
dum & intellectum ad intelligendam  
humilitatem; & quando una virtus  
movet aliam ad humilitatem, statim  
quælibet movet se ipsam ad haben-  
dum humilitatem: igitur cum D. non  
possit movere tres virtutes ad humi-  
litem, & homini sit valde nece-  
ssarium esse humilem; propterea G.  
intelligit, quòd F. det veram de-  
monstrationem de E., & D. det fal-  
sam demonstrationem de C.

22. *h. Patiens Domine! qui portasti  
in cruce nostros dolores & nostros gra-  
ves languores ex abundantia valde  
magni amoris. Qui suo intellectui,  
Domine, vult dare cognitionem de  
tua*



*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIX.* 289  
tua magna *Patientia*, oportet, quòd  
ponat G. in H. & I. ad tentandum  
& probandum, secundum quam ha-  
rum literarum possit clariùs percipere  
demonstrationem, quam A. dat de sua  
magna patientia ipsi H.; & quodcum-  
que horum duorum speculorum, *Do-  
mine*, melius repræsentet tuam Pati-  
entiam ipsi G., oportet esse clarius &  
verius, & majorem demonstrationem  
recipere ab A., quàm aliud.

23. Unde quando homo, *Domine*,  
ponit G. in H. cum F., & G. in E.  
respicit patientiam, quam A. de-  
monstrat ipsi G., tunc intelligit G. tu-  
am Deitatem esse patientem, eo quòd  
sustinuerit Judæos inhonorare tor-  
quere & occidere tuum gloriosum Cor-  
pus, quod fuit sine culpa, & adhuc  
hodie ipsum inhonorare & contem-  
nere, & inhonorare nostram Domi-  
nam sanctam MARIAM & Apostolos  
& Martyres, qui ad honorandum Te  
& tuam Humanitatem sunt mortui,  
& quòd sustineat Saracenos negantes

T

tuæ

290 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tuæ Humanitati id, quod in ea est ma-  
gis honorabile: & quando G. intel-  
ligit in tua Deitate totam istam pa-  
tientiam, postea se vertit ad intelli-  
gendum magnam patientiam, quam  
tuum gloriosum Corpus sustinuit in  
morte; & postquam G. contempla-  
tum est tuam Patientiam cum F.,  
tunc se vertit ad D. tentans, an per  
illud possit tantum frui tuâ Patientiâ,  
quantum per F.: cum D. occultet &  
celet ei omnem patientiam, quam  
antea videbat & intelligebat per F.;  
& nullo alio modo potest ei demon-  
strare tantam patientiam, quanta est  
illa, quam F. ei demonstravit.

24 Igitur cum hoc ita sit, *Domine*,  
propterea G. movet se ipsum &  
memoriam & voluntatem, & memoria  
& voluntas idem faciunt ad orandum  
& contemplandum & fruendum mag-  
nâ patientiâ, quam A. demonstrat ip-  
si G. quod est in H.; propterea G.  
intelligit, & memoria memorat &  
voluntas amat patientiam, quæ non  
po-

*Lib. V. Dist. XL. Cap. CCCXXXIX.* 291  
potest tantum memorari intelligi & amari per G. quod est in I., quantum per G. quod est in H.: igitur sicut visus sensualis videt splendorem, quem Sol demonstrat in se ipso; ita G., quod est in H., videt patientiam quam A. demonstrat de se ipso, & sicut homo cæcus non potest videre splendorem, quem Sol demonstrat de se ipso, ita G., quod est in I., non potest cum D. videre nec scire patientiam, quam A. significat & demonstrat.

25. i. *Creator Domine amorose! Quies gloria verorum amatorum.* Quando homo ponit G. in I. ad videndum quantam *Veritatem* D. possit demonstrare ipsi B. de G., tunc G. intelligit, quòd si propositio ipsius C. esset vera, sequeretur verum esse, quòd homo salvaretur credendo falsitatem, & esset verum quod omnes Idolatræ & totus mundus, qui essent in I., salvarentur, dummodo haberent intentionem & opinionem se esse in veritate;

292 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
tate; & si hoc ita esset, iret homo ad  
veritatem credendo falsitatem, quod  
est impossibile; quia si esset possibi-  
le, *Domine*, sequeretur, quod esset  
possibile in Te posse privari veritatem  
sapientiam & ordinationem, eo quod  
homo cum falsitate veniret ad infini-  
tam gloriam.

26. Unde dum G. est in I., *Domine*,  
& videt falsam demonstrationem  
de B. per D. modo prædicto, tunc  
se mutat ad H. cum F. ad videndum  
an F. ei demonstret veritatem in B.;  
& postquam G. se mutavit ad H., tunc  
F. ei demonstrat, quòd E. sit, ut nul-  
lus homo veniat ad salvationem, ni-  
si illi, qui sunt in veritate; quia si-  
cut A. demonstrat se esse veritatem,  
ita oportet de necessitate, quòd DE-  
US sit excusatus per E. apud illos,  
qui putant credere veritatem, & e-  
am non credunt; quam excusationem  
A. non haberet, si E. esset falsitas &  
C. esset veritas.

27. Postquam G., *Domine*; vidit  
&

*Lib.V. Dist. XL.Cap. CCCXXXIX. 293*  
& intellexit qualem demonstrationem  
ei det F. & D. de veritate, quæ est  
in B., & vidit & intellexit ex demon-  
stratione, quam ei facit D., sequi,  
quòd in B. esset defectus veritatis, si  
C. esset in veritate, & ex demon-  
stratione, quam ei facit F., non sequi,  
quòd in B. esset ullus defectus verita-  
tis; propterea G. respicit cum F. &  
D., & invenit multò plus veritatis  
A. demonstrare in B. cum F. & E.,  
quàm cum D. & C.; & statim quan-  
do G. ita respexit, se vertit ad me-  
moriã, & inquirit in ea an plus  
veritatis memoret in B. secundàm F.  
vel secundàm D.; & tentat secundàm  
quam literam ex his voluntas amet  
plus veritatis in B.; & dum G. facit  
hanc inquisitionem, tunc A. ipsi G.  
& memoriæ & voluntati plus demon-  
strat B. cum F. quàm cum D., per quam  
majorem demonstrationem G. & me-  
moria & voluntas plus fruuntur veri-  
tate ipsius B., quando sunt in H.,  
quàm quando sunt in I.; & per hanc  
majo-

294 *B. Ray. Lullii Lib. Contēpl. Vol. III.*  
majorem fruitionem G. cognoscit,  
quòd E. sit veritas, & C. falsitas;  
quia si C. estet veritas, & E. falsitas,  
sequeretur quòd A. demonstraret ma-  
jorem veritatem cum D., quàm cum  
F. in B.

28. k. *Perfēcte Domine! A quo nobis  
veniunt ulli defectus.* Qui vult res-  
picere & cognoscere perfectionem  
quam A. demonstrat de B. ipsi G.,  
sciat tentare D. & F. in G. tali mo-  
do, quod G. sciat invenire in me-  
moria an per D. vel per F. perfecti-  
ùs demonstretur perfectio ipsius B.;  
quia sicut duo vel plures sensus sen-  
suales vel intellectualuales dant mayo-  
rem demonstrationem de rebus sen-  
sualibus vel intellectualibus, quam u-  
nus sensus sensualis vel intellectualis  
solus; ita F. dat sine omni compara-  
tione majorem demonstrationem de  
perfectione ipsius B. quàm det ipsum  
D.

29. Unde quia G., *Domine*, ten-  
tavit se ipsum & memoriam & vo-  
luntatem

luntatem in F. & D. & per tuas virtutes prædictas invènit, quòd F. multò meliùs demonstrat id quod A. demonstrat de B., quàm illud demonstrat D.; propterea G. intelligit, quòd sicut A. facit perfectam demonstrationem de B., ita F. per E. faciat perfectam demonstrationem de eo, quod recipit de B.: unde sicut videre est finalis ratio, propter quam creasti visum corporalem, ita finalis ratio propter quam Te incarnasti est, ut G. cum F. posset recipere perfectionem, quam A. demonstrat de B., ut ipsum G. & memoria & voluntas haberent perfectionem in orando & contemplando perfectas virtutes sui perfecti Creatoris & Domini.

30. *Gloriose Domine!* Sicut visus corporalis non recepisset perfectionem à suo Creatore, nisi Creator ei creasset objectum in quo posset uti sua virtute visiva videndo colorem & formam, ita visus intellectualis, nimirum intellectus, non recepisset perfectio-

296 *B. Ray. Lulli Lib. Contēpl. Vol. III.*  
fectionem, nisi Creator ei creasset ob-  
jectum intellectuale, scilicet E. per  
quod posset habere cognitionem de  
demonstratione, quam A. facit de B.;  
igitur cum hoc ita sit, propterea tu-  
us servus & tuus contemplator, *Do-  
mine DEUS*, Te adorat & orat sen-  
sualiter & intellectualiter in tua sanc-  
ta gloriosa Incarnatione ad gloriam  
reverentiam & honorem tuæ  
sanctæ Naturæ humanæ  
& divinæ.





# INDEX

TITULORUM TOMI XIV.

VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XXXIX.

*De Oratione.*

- CAP. 328. Quomodo homo oret, & contempletur supremam bonitatem nostri Domini DEI, qui est supremum bonum. fol. 3.
329. Quomodo homo oret, & contempletur excellentem justitiam nostri Domini DEI. 33.
330. Quomodo homo oret, & contempletur misericordiam nostri Domini DEI. 58.
- 331.

- CAP. 331.** Quomodo homo, oret  
& contempletur gloriosam veri-  
tatem nostri Domini DEI. fol. 84.
332. Quomodo homo oret, &  
contempletur excellens domini-  
um nostri Domini DEI. 110.
333. Quomodo homo oret, &  
contempletur sanctam glorio-  
sam humilitatem nostri Domini  
DEI. 136.
334. Quomodo homo oret, &  
contempletur gloriosam patienti-  
am nostri Domini DEI. 156.
335. Quomodo homo oret, & con-  
templetur sanctum gloriosum se-  
cretum nostri Domini DEI. 179.
336. Quomodo homo oret, &  
contempletur excellentem virtu-  
tem nostri Domini DEI. 205.
337. Quomodo homo oret, &  
contempletur sanctam glorio-  
sam humanitatem; nostri Domini  
DEI. 229.
338. Quomodo homo oret, &  
contempletur magnum adjutori-  
um,

um, quod humana species habet à  
nostro Domino DEO. 249.

339. Quomodo homo oret, &  
contempletur honoratam & glori-  
osam DEUM, ut ei det cognitio-  
nem & demonstrationem de glo-  
riosis Virtutibus Divinis. 271.



# ERRATA CONTENTA IN HOC tomo

**F**OL. 32. lin. 3. propterea hoc. dic.  
propterea omnes. fol. 37. num.  
7. lin. 1. dulcidine. dic. dulcedine.  
fol. 43. lin. 9. & se dic. , & se,  
fol. 68. num. 12. lin. 5. B. orent.  
dic. B., orent. fol. 87. num. 6. lin.  
1. ponamus. dic. ponimus. fol. 87.  
num. 6. lin. 3. A E. dic. & E. fol.  
114. lin. 4. nen dic. nec. fol. 121.  
num. 14. lin. 13. ni dic. in. fol.  
122. num. 15. demonstratio dic. ve-  
ritas. fol. 126. num. 18. lin. 14.  
directum recipit dic. directum, re-  
cipit. fol. 130. num. 13. lin. 4. in  
M. dic. est in M. &. fol. 139. num.  
22. lin. 13. accendere dic. accedere.  
fol. 155. lin. 4. significatur. dic. sig-  
nificatum. fol. 166. lin. 1. sicum.  
sicut. fol. 196. lin. 13. dirversa-  
rum. dic. diversarum. fol. 226. lin.  
18. & si misericorditer dic. & mise-  
ricorditer. fol. 237. lin. 13. finitum.  
dic. infinitum.

BIB. PUBL. MALLORCA



1056669

R. L2011 328

B.R.L.

Lib. Cont

Tom. 14.

RO

14

R.

Liull

338